This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

ANDOVER-HARVARD LIBRARY
AH .43QC T

NT. Theol
620

559
Kolthoff

Rd. June, 1892

Library of the Divinity School.

FROM THE LIBRARY OF

PROF. LÜCKE OF GÖTTINGEN,

WHICH WAS GIVEN BY

COL. BENJAMIN LORING

OF BOSTON,

1856.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. Theol
620

Digitized by Google

Theological School
IN CAMBRIDGE.

The Gift of
COL. BENJAMIN LORING.

Digitized by Google

VITA JESU CHRISTI,

A PAULO APOSTOLO ADUMBRATA.

SCRIPSIT

ERNST WILHELM KOLTHOFF,

DR. THEOL. AD ÆDEM SPIR. SCTI HAFNIENSEM VERBI DIVINI MINISTER.

HAFNIÆ.

APUD C. A. REITZEL.

TYPIS EXCUDEBAT BIANCO LUNO.

MDCCCLII.

DIVINITY SCHOOL LIBRARY HARVARD UNIVERSITY

Digitized by Google

Digitized by Google

§ 1.

Vitam Jesu Christi Domini nostri atque Redemtoris describere quot et quam diversi ingenii auctores conati sint novissimis his temporibus, satis superque constat. Quod non fortuito accidisse, facile patet: siquidem vita Christi est cardo rei christianæ, neque de ecclesia disputari, neque in theologicis aliquid definiri potest, quin ad quæstiones christologicas et ita ad vitam et historiam Christi res deferatur. Quare non injuria dicitur, nostris temporibus vitam Christi inter problemata theologica primum locum tenere.

Factum est ipsa harum disquisitionum natura atque indole, ut evangeliorum de vita Christi enarrationes præcipue in censum venirent. In narrationibus evangelicis exponendis, conciliandis, dijudicandis, impugnandis et defendendis versati sunt theologi studio indefesso: summa doctrinæ copia, singularis sagacitas, ingeniosissima rerum christianarum perscrutatio et interpretatio, animus ecclesiæ hostilis et fides mysterii tenax arenam ingressi sunt, armis telisque pro viribus dimicarunt. Fieri non potuit, quin ad has disquisitiones evangelicas undecunque conferrentur præsidia: ut evangeliorum auctoritas aut impugnaretur aut defenderetur, etiam reliqui novi testamenti libri in usum

Digitized by Google

vocati sunt: at factum esse videtur, ut horum testimoniorum pondus non tanti, quanti meretur, habitum sit. Quare nobis propositum, gravissimi hujus testimonii majorem rationem habere, et hisce nostris quæstionibus clarius, quam hucusque factum esse putamus, ostendere, quo jure etiam de epistolis novi testamenti affirmari possit, eas esse evangelia[1]), de vita Christi testimonia historica. Placuit vero, ut accuratius omnia exponerentur, sepositis reliquis novi foederis epistolis, hoc loco tantum epistolis Paulinis disquisitionem nostram superstruere, eisque fontibus evangelicis uti[2]).

§ 2.

Difficile non est, huic conamini et jus suum et justum locum atque pretium vindicare. Nam quo magis disputatur de evangeliorum origine, indole et fide, eo majoris momenti, præter evangelia alterum ostendere historiæ Christi fontem ejusque indolem penitus cognoscere. Accidit, quod necesse est fateamur, non esse exspectandum, in quæstionibus evangelicis dissensum theologorum facili opera compositum iri. Inest enim ipsis evangeliis multiplex dubitandi et quærendi et conjiciendi materies atque fomes. Sufficiat, hic verbo tantum indicare, quot difficultatibus obruta sit

---

[1]) J. P. Lange, das Leben Jesu. 1ster Bd. p. 81: „Auch die Briefe des N. Testam. sind Evangelien."

[2]) Initia harum quæstionum exhibent Tholuck d. Glaubwürdigk. d. evang. Gesch. p. 372 ff. Ebrard wissenschaftl. Kritik d. ev. Gesch. 2t. Th. p. 870 ff. Dorner d. Lehre von d. Person Christi. 1st. Th. p. 79. H. W. Thiersch Versuch z. Herstellung des historischen Standpunkts für d. Kritik d. neutestam. Schriften p. 88 ff.

Digitized by Google

quæstio de evangeliorum consensu verbali et dissensu reali explicando, quot difficultatibus de fontibus evangeliorum quæstio et de mutua scriptorum relatione[1]): sufficiat, hic verbo tantum monere de ipsarum narra-

---

[1]) Quæstio haud dubie gravissimi momenti, licet non dixerim cum F. Chr. Baur (kritische Untersuchungen über die kanonischen Evangelien, p. 71): „An dieser Einen Frage (ɔ: wie das Verhältniss der Evangelien zu einander bestimmt werden soll) hängt ja, wie sich nicht läugnen lässt, unser ganzes Wissen von der evangelischen Geschichte: ist also sie nicht gelöst, so ist alles, was man auf sie baut, nur ein grundloses Gebäude, ohne alle innere Haltung und Consistenz." Hujus loci esse non potest, quasi obiter illius quæstionis varias atque multiplices difficultates aut exponere aut iis solvendis operam nostram qualemcunque impendere. Nulla facile invenietur, quam majore jure inextricabilem dixeris, nulla, quæ, quo plures ad eam ipsam vel ad singulas ejus partes tractandas accedunt, eo majoris dissidii semina spargere videatur. Haud dubie concedendum erit, multis numeris hujus quæstionis ænigmata ita solvi non posse, ut in iis explicandis consentiant theologi. Periit harum rerum distincta cognitio injuria temporum At nulli negamus, quæ nostræ ætatis theologi de his quæstionibus scripserunt, iis haud parum deberi non solum ad difficultates in lucem proferendas, verum etiam ad eas solvendas, et fieri posse, ut, dissensu fere ad extremum perducto, restituatur saltem ex parte consensus. Quod non sperare, difficile est, ubi quæ hic in censum venire debent, ea ἀκριβείᾳ, ea fidei pietate exposita reperimus, qua excellunt, ut alios taceam, I. P. Lange (des Leben Jesu, 1st. Bd. p. 212 ff.), H. W. I. Thiersch (Versuch zur Herstellung des historischen Standpunkts für die Kritik der neutestamentlichen Schriften p. 119 ff., die Kirche im apost. Zeitalter p. 100 ff. p. 179 ff.), de Wette (Lehrbuch d. histor.-krit. Einleit. in d. kan. Büch. d. N. Testam. 4t. Aufl. p. 121 ff.), Bleek (Beiträge zur Evangelien-Kritik), H. N. Clausen (Fortolkning af de tre förste Evangelier. Indledn. p. 41 ff.), C. E. Scharling (Theolog. Tidsskrift. 1846. 1ste H. et alias), I. P. Mynster (om de synoptiske Evangelier. Theol. Tidsskr. 1842, 1ste H.). Patet vero ex his ipsis opusculis, tanta religione lucubratis, quam sit anceps disputatio de Matthæo — an ab origine hebraicus, an græcus — de traditione apostolica a suis augmentis et supplementis discernenda, de fontibus evangelistarum secundi or-

Digitized by Google

tionum indole haud raro empirica, ex qua sequitur empirici testimonii in singulis partibus incerta natura[1]). Contra epistolarum quæ est de vita Christi traditio, quæstiones empiricas prorsus dereliquit: fidei momenta solummodo amplexa est, eamque ideo non aggreditur subtilis illa dubitandi et destruendi ratio, quæ tantum nititur rerum externarum et empiricarum nativa indole. Neque premitur hæc nostra expositio, quæ Pauli Epistolis fonte utitur, gravissima illa præviæ disquisitionis mole, quæ nullo modo detrectari potest, ut de evangeliorum origine et auctoritate certi aliquid constituatur. Vix enim est, quod in Pauli epistolis Apostolum loqui,

---

dinis, de evangeliorum affinitate, de iis, quæ in singulis evangeliis omissa desideramus et miramur, de iis denique, quæ errarunt scriptores evangelici. Ut ex his unum afferamus, necesse est, concedatur, dissensum evangelistarum in tempore, quo sit instituta coena Domini, describendo, dissensum, quem, ut alios præteream, Bleek (Beiträge z. Evangelien-Kritik. p. 33 ff. p. 107 ff.) et Clausen (Fortolkning af de 3 förste Evang. p. 715 ff.(argumentis vix evertendis monstrarunt et quem ipse I. P. Mynster (den christne Kirkes Stiftelse p. 42) admittere cogitur — hunc, inquam, dissensum nonnihil facere ad mutuas evangeliorum relationes constituendas et origines eorum in lucem proferendas. Sed hæc hactenus. Voluimus tantum paucis adumbrare, quam procul absit, ut hæ quæstiones sint ad finem perductæ, quod etiam fatentur, qui, harum rerum periti, de aliorum conjecturis et hypothesibus sententiam tulerunt, cfr. Fleck theol. Literaturblatt z. allg. Kirchenzeit. 1847. Nr. 26. p. 222. Tholuck, liter. Anzeiger 1847. Nr. 46. p. 366: „Für jetzt" — sunt verba criticæ modestiæ non spernendæ — „scheint eine solche Ansicht der Sache von den wenigsten Bedenken betroffen zu werden."

[1]) Comparatio inter ipsa evangelia instituta nos docet, quantum tria priora evangelia, quod ad empiricam Christi historiam attinet, differant ab evangelio Joanneo, et hoc evangelium nativa sua indole ad epistolarum Apostolicarum similitudinem accedat. Eo quoque tendit cognomen hujus evangelii: τὸ πνευματικόν.

Digitized by Google

uberius exponamus. Quæ igitur in epistolis Pauli de historia Christi servatur traditio, apostolica est: traditur nobis, *καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου* (Luc. 1, 2).

§ 3.

Verum ex altera parte neque id tacendum, hisce Pauli Apostoli de vita Christi traditionibus multa deesse, in iis multa desiderari. Non plus exspectandum, quam quod rei naturæ congruum. Non enim habes empiricam historiæ Christi varietatem atque ampletudinem: summa tantum rei tractatur. Non habes uberiorem historiæ Christi enarrationem: sed delineationem tantum, prima et præcipua textus evangelici stamina: supponitur narratæ et traditæ historiæ Christi cognitio: scribit enim christianis, ecclesiis christianis. Reperiuntur allusiones ad historiam Christi, traditionis evangelicæ vestigia, theses, consilia et admonitiones christianæ, quæ quum res in facto positas explicent et allegent et, ut ita dicam, in ecclesiæ succum et sanguinem convertant, ipsas res in facto positas sincero lectori persuadent.

§ 4.

Accedit, quod traditionis Paulinæ ambitum non solum forma ejus epistolaris circumscribit, verum etiam ipsius auctoris character singularis. Vix enim dubitandum, aliquid quoque tribuendum esse illi *περιστάσει*, quod Paulus non fuerit vitæ Christi rerumqne ab eo gestarum testis oculatus. Perfecte utique cognovit Christi historiam eique tradita est vitæ Domini integra

Digitized by Google

imago: verum non ita ei conjuncta erat vitæ Christi memoria cum suæ ipsius historiæ recordatione, ut hæc illam semper revocaret, semper sequeretur, ut res a Christo gestæ sponte se offerrent scribentis animo. Aliter se habuit cum Petro, aliter cum Paulo. Quorum ille pars non quidem magna, sed tamen aliqua fuit, eorum etiam narrator et commemorator facilius existere potuit: conscientia ejus christiana elementis historicis quodammodo plenius imbuta, uberius perfusa. Quare si quot Paulus, tot etiam Petrus scripsisset epistolas, verosimile dixerim, frequentiora et pleniora testimonia historiæ evangelicæ ita ad nos venisse.

§ 5.

Quæ in epistolis Paulinis de vita Christi traduntur, quo magis, ut jam observavimus, obiter tantum afferri solent et leviter solummodo adumbrantur (cfr. Rom. 6, 4 sqq.), eo facilius fieri potest, ut non per se sint perspicua neque accurate intelligantur sine evangeliorum auxilio. Quare quæ evangelistis proprie sic dictis debemus, sæpe lucem affundunt verbis Apostoli et in hisce verbis ea nos videre sinunt, quæ, evangelistarum ope destitutis, vix indagare nobis liceret. Tamen jure nostro dicimus, etiam ubi res ita se habeant, Paulum Apostolum sua auctoritate traditionem evangelicam firmare.

§ 6.

Habemus in epistolis Apostolicis non solum, quod jam diximus, evangelia, verum etiam prima evangelia — scripta scilicet — priora quatuor illis evangeliis,

Digitized by Google

quæ vulgo ita appellantur. Omnium primum evangelium est quidem orale, traditio non scripta, παράδοσις ἄγραφος. Hæc quoque prior agnoscitur in traditionibus scriptis, ad eamque testem provocatur (1 Cor. 15, 3), et semper tenendum, hanc traditionem oralem ubique supponi ideoque omnia brevius exponi, paucis indicari, obiter allegari posse. Nobis quidem multis modis evanuit vivus ille traditionis fons, attamen non ita, ut plane deesset hoc ad scripturam recte intelligendam præsidium necessarium.

§ 7.

Quum ex scriptis Pauli Apostoli traditionem evangelicam adumbrare in animo nobis sit, necesse est, indicemus, quænam sint hæc scripta. At hujus loci esse non potest, quæ hac in re statuimus, argumentis munire. Simpliciter ponimus, a Paulo esse scripta, quæ in sacro nostro codice ejus præ se ferunt nomen[1]). Tredecim admittimus Pauli epistolas: Paulina quidem,

---

[1]) Verba Richardi Rothii contra Fr. Chr. Baur et alios (d. Anfänge d. chr. Kirche. 1st. Bd. p. 320) nostra facimus: „Gleichwohl versichern wir unumwunden, dass auch durch jene neuesten Kritiken unsere Überzeugung von der Authentie der in Rede stehenden Briefe nicht erschüttert worden ist." Si quis dixerit, saltem priori ad Timotheum epistolæ post Schleiermacheri aliorumque impugnationem eundem ac reliquis epistolis Pauli nomine editis locum jure concedi non posse: equidem non negaverim, inesse huic epistolæ nonnulla, quæ apologetarum studiis summas difficultates parent. Sed aliud est, ejusmodi difficultates criticas agnoscere, aliud earum vim temere augere non solum conjecturis arbitrariis, sed destruendi et abnegandi cupidine. Quanti æstimanda est critica illa sobrietas, quæ cum de Wette etiam de hac priore ad Timotheum epistola fatetur: „so bleibt dem Kritiker

Digitized by Google

sed non Pauli nobis videtur ad Hebræos epistola[1]). Ad hanc epistolam respiciemus quidem hic illic, ut, comparatione instituta, quæ Paulus tradidit, clarius cognoscantur: non autem eodem loco habebimus, quæ in ea et quæ in epistolis vere Paulinis reperiuntur.

§ 8.

Pauli Apostoli non quidem scripta, sed verba et sermones nobis servatos esse a Luca, rerum apostolicarum scriptore, satis constat. Quos quidem sermones a criticis nonnullis[2]) magis ad Lucam, quam ad Paulum referri, notum est. Neque negabimus, in ejusmodi sermonibus taxandis ejus quoque, qui eos literis tradiderit, rationem esse habendam, neque facile desiderari, quæ scriptoris potius, quam auctoris indolem et ingenium referant. Habemus præterea literaturæ profanæ exempla, quibus non sine magna veri specie de similium relationum fide nonnihil detrahendum esse suadetur, et quod ad crisin sacram attinet, hujus quæstionis pondus non parvi pendendum est. Quare licet minime dubitemus, quin Paulum loquentem in Actis

---

nichts übrig, als sich selbst und Andere zur erneuten Prüfung des streitigen Gegenstandes zu ermuntern" (Lehrb. d. hist. krit. Einl. in d. kan. Büch. d. N. Testam. 4te Aufl. p. 281).

[1]) Cujus epistolæ indolem egregie illustrasse nobis videtur H. W. I. Thiersch, d. Kirche im apostol. Zeitalter. p. 189 ff.

[2]) Multorum nomine afferamus verba Weiszii (evang. Geschichte 1st. Th. p. 87): „Es dürfte nicht schwer fallen, in den Reden, die er dort dem Petrus, dem Paulus, dem Stephanus, dem Gamaliel und Andren in den Mund legt, genau eben so einen und denselben, dem Geschichtschreiber eigenthümlichen Redetypus nachzuweisen, wie etwa in den Reden des Livius."

Digitized by Google

Apostolorum audiamus eumque auctorem multis modis prodant ipsi sermones[1]), tamen ex re ipsa sequi videtur, hisce Pauli testimoniis, quæ a Luca in Actis Apolorum nobis tradantur, secundum tantummodo locum esse concedendum, iisque non nisi conjunctis cum epistolarum testimonio superstrui posse traditionis Paulinæ expositionem.

§ 9.

Quæri potest, qua via ad Paulum pervenerit ea traditionis evangelicæ cognitio, quam literis ejus expressam habemus. Vix autem reperies, quæ huic quæstioni accuratius solvendæ inserviant. Haud dubie statuendum est, Paulum jam ante conversionem suam multa cognovisse, quæ ad Christi historiam pertinerent. Nam constat ex Actis Apostolorum, eum Hierosolymis versatum esse non solum eo tempore, quo Stephanus martyrium subierit (7, 58. 8, 1.) et quo Paulus, odio in Christianos coactus, jam non potuerit ignorare rei

---

[1]) Assentimus I. P. Mynstero, qui (annalium Paulinorum adumbratio 1845 p. 7. not. 1) scribit: „locis adlatis (scilicet Act. capp. 22 et 26) non Lucam, sed ipsum Paulum habemus loquentem: sermones enim Pauli, qui in Actis leguntur, longe alium characterem referre, quam illæ orationes, quæ apud scriptores historiarum Græcos et Romanos reperiuntur, ab ipsis compositæ, optime observavit Schleiermacherus: „Über den sogenannten ersten Brief des Paulus an den Timotheus", S. 20. Pauli Apostoli typum iis sermonibus, quos ejus nomine inscripserunt Acta Apostolorum, referri, pluribus ostendit Ebrard: Wissenschaftliche Kritik der evang. Geschichte. 2t. Th. p. 890 ff. Cfr. Tholuck: Theol. Studien u. Kritiken. 1839. p. 305 ff. Bleek: Beiträge z. Evangel. Kritik. p. 54. de Wette: Einleit. d. N. Testam. 4te Aufl. § 115.

Digitized by Google

christianæ origines — verum jam multo ante Paulum, quanquam Tarsi natum, tamen Hierosolymæ fuisse inincolam: erat enim *ἀνατεθραμμένος ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ πεπαιδευμένος* (Act. 22, 3), ut affirmare posset: *πάντες οἱ Ἰουδαῖοι ἴσασι τὴν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος, τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνει μου ἐν Ἱεροσολύμοις* (Act. 26, 4)[1]. Ut non sit improbabile, Christum etiam *κατὰ σάρκα* Paulo fuisse cognitum (cfr. 2 Cor. 5, 16)[2]. Neque est, quod non admittamus, hanc Pauli cognitionem traditionis evangelicæ adauctam esse[3], quum post conversionem suam Damasci versaretur (*μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν ἡμέρας τινάς*, Act. 9, 19.) sive postea ecclesiæ christianæ addictus cum ipsis testibus vitæ Jesu Christi terrestris intimæ familiaritatis societatem iniret. Est enim non empirica vitæ Jesu Christi cognitio, sed fides in Christum et munus Apostolicum, quod revelationi divinæ, ipsi Domino nostro, non hominibus se debere fatetur, et nihil obstare videtur, quo minus etiam in Paulo Apostolo[4]) ecclesiæ communione fidem cognitio-

---

[1]) Conferenda sunt, quæ de hac Pauli educatione Hierosolymitana scripsit Tholuck Theol. Stud. u. Kritiken 1835. 2t. H. p. 365 ff.

[2]) Obiter notemus horum verborum interpretationem a Schweizero receptam, qui (d. Evangelium Johannis nach seinem innern Werth. p. 251) hoc loco fretus contendit: „Paulus hat aber gar keine Richtung aufs Geschichtliche."

[3]) Cfr. Act. 9, 22: *ἐνεδυναμοῦτο*. Sufficiat h. l. ablegare ad ea quæ copiosius exposuit C. E. Scharling: de Paulo Apostolo ejusque adversariis. p. 21 sqq.

[4]) Reliquis etiam Apostolis christiani consortii beneficio aliorumque estimonio haud parvam rerum christianarum accessisse cognitio-

Digitized by Google

nis luce adauctam et stabilitam et nutritam statuamus. Paulus ipse non uno loco hanc cognitionem christianam, hanc de vita Christi traditionem ut commune ecclesiæ bonum, ut traditionem communi auctoritate sancitam non tam sibi, quam ecclesiæ vindicare videtur (cfr. 1 Cor. 15, 1 sqq. Rom. 10, 9: *τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως*. 6, 17: *τύπος διδαχῆς*. 2 Thess. 3, 1: *ὁ λόγος τοῦ κυρίου*. 1 Cor. 1, 6: *τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ*).

§ 10.

Verum hoc quoque semper tenendum, quæ ex epistolis Pauli colligi possint traditionis evangelicæ momenta, fide sua Apostolum esse amplexum, ita ut sint fidei, et non solum historiæ et historicæ cognitionis momenta. Quare summa eorum iis respondet, quæ fidei christianæ vere sint implicita: ita ut nulla esse possit fidei explicatio, fidei symbolum, vel brevissimum, quin ea amplectatur vitæ Christi historica momenta, quorum testis est Apostolus. Et jure nostro contendimus, quicunque fide amplexus sit ea vitæ Jesu Christi momenta, quæ fidei esse momenta nos docet Apostolus, nos docet symbolo suo[1]) universa ecclesia, ei hac fide datam esse normam, ad quam ceu ad la-

---

nem, nihil impedit, quo minus lubenter concedamus. Cfr. Schweizer, l. l. p. 241. Præterea quod Paulum attinet, dixerim cum Neandro (d. Leben Jesu. pag. 8): Es lässt sich wohl nicht daran zweifeln, dass schon Paulus schriftliche Denkwürdigkeiten von dem Leben Christi benutzte. Quibus adstipulatur Thiersch Versuch z. Herstell. d. hist. Standp. p. 141. (2 Tim. 4, 13?).

[1]) De cujus Symboli indole optime scripsisse nobis videtur H. E. F. Guericke Lehrb. d. chr. kirchl. Archäologie p. 280 ff. coll.

Digitized by Google

pidem Lydium quævis critica dubitatio semper sit revocanda, qua duce appareat, quid et quantum cuique sit tribuendum. Hac sola via in dubiis libertas, in necessariis unitas ecclesiæ vindicabitur[1]).

Quibus breviter præmissis, via nobis parata videtur disputationi nostræ, ut per singula eundo argumentum ejus accuratius exponamus.

§ 11.

Quod attinet ad nomina Jesu Christi in epistolis Paulinis obvia, non est, quod multi simus. Constat, in evangeliis *Ἰησοῦς*[1]) esse nomen proprium, cui cognominis instar addatur *ὁ Χριστός*: cfr. Matth. 1, 16: *Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός*[1]). Joh. 20, 31: *ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ*. Sic quoque in Actis Aposto-

---

Rudelbach über d. Bedeutung d. Apostol. Symbolums. A. Hahn, Biblioth. d. Symbole u. Glaubensregeln d. apost.-kath. Kirche.

1) Facile est videre, christographiam Pauli, jamjam exponendam, nonnihil conferre ad evangeliorum traditiones juste æstimandas, ut quæ earum constituant substantiam, accuratius possint discerni ab iis, quæ eodem loco non sint habenda. Ita nostris quoque quæstionibus eo pervenimus, ut cum Clausen asseramus: „Det er af Skriften selv, at vi skulle lade os veilede til det sande Begreb om Væsenet af det hellige Aabenbaringsord, for at ligesaalidt det Fornödne skal blive opgivet, som det Ufornödne blive fordret" (Fortolkn. Indledn. p. 87). Distinctionem enim his verbis indigitatam ipsius evangelii et evangelicæ traditionis gratia religiose esse servandam, non sine summo jure paucis exposuit auctor S. Ven. l. I. p. 81 f.

2) Respondet in LXX nomini hebraico יְהוֹשֻׁעַ Exod. 24, 13. Hag. 1, 1 sive יֵשׁוּעַ in libris post exilium scriptis Esr. 2, 2. 3, 2. Neh. 8, 17. 2 Chron. 31, 15.

3) Sicut Col. 4, 11: *Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος*.

Digitized by Google

lorum Pauli κήρυγμα ita describitur: ἐκήρυσσε τὸν Ἰησοῦν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ (9, 20) sive ὅτι οὗτος ἐστιν ὁ Χριστός (9, 22). Verum hæc accuratior, ut ita dicam, loquendi ratio, licet in epistolis Paulinis non omnino evanescat (cfr. 1 Cor. 12, 3), tamen fere semper negligitur, et nomina Ἰησοῦς (Rom. 10, 9), et Χριστός (Rom. 10, 6. 7) sive ὁ Χριστός (Rom. 9, 5), vel plenius Ἰησοῦς Χριστός (Rom. 5, 21) sive Χριστὸς Ἰησοῦς (Rom. 8, 1. 2) — nullo, ut videtur, discrimine — pro lubitu ponuntur: haud raro etiam vocabulum κύριος ad ejusdem nominis proprii significationem accedere videmus. Exemplum habes Eph. 6, 1. al.

In sermonibus Pauli, qui Actis Apostolorum inserti sunt, reperimus cognominis instar additum ὁ Ναζωραῖος (22, 8. 26, 9. cfr. ὁ ἀπὸ Ναζαρέτ, Act. 10, 38, Joh. 1, 46. al.) — quo cognomine vestigia historiæ Christi latere omnibus patet.

§ 12.

Jam primum nobis inquirendum erit, quid de nativitate Jesu Christi tradiderit Apostolus. Non multa sunt, quæ hic in censum venire possint testimonia historica: brevissimus enim est Paulus Apostolus in iis tractandis, quæ fidei regula comprehendit verbis: natus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Quod Christus dicitur γενόμενος ἐκ γυναικός (Gal. 4, 4), eo nihil definitur, nisi matrem fuisse Christo. Matris nomen non occurrit apud Paulum: et illi loco nihil inest, quod patris suspicionem aut excludat aut involvat. Constituit simpliciter notionem existentiæ humanæ (coll. Mth. 11, 11: ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, hebr. אָדָם יִלּוֹד אִשָּׁה,

Digitized by Google

Job. 14, 1), neque iis assentiendum, qui cum Krehlio[1]) statuant, verbo γυναικός indigitari mulierem maritatam. Γυνή enim, sicut etiam hebr. אִשָּׁה et אִשָּׁה, est nomen sexus.

Quod additur loco jam citato — γενόμενον ὑπὸ νόμον — accuratius quidem constituit patriam Jesu Christi (cfr. Rom. 9, 5), sed hic non tanti momenti est, ut multis explicari opus sit.

Accedit vero iis, quæ ita indigitata sunt, plenior expositio eo, quod Christus dicitur γενόμενος ἐκ σπέρματος Δαυὶδ (Rom. 1, 3. 2 Tim. 2, 8. coll. Act. 13, 23). Ita factum est κατ' ἐπαγγελίαν (Act. l. c.): hæc enim loquitur de stirpe Davidica (Mich. 5, 1. 2. Esai. 11, 1 sqq. Jer. 23, 5. 30, 9. 33, 15. Ezech. 34, 23 sq. 37, 24 sq.) et ad ejus effata disertis verbis respicit Apostolus (Rom. 15, 12: ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί ex Esai 11, 10. cfr. Ebr. 7, 14: ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν).

Jam vero quæri potest, num, hac Davidica origine indigitata, aliquid efficiatur ad navitatem Jesu Christi ulterius definiendam. Sunt, qui statuant[2]), inesse vocabulo σπέρματος, quæ patris suspicionem involvant. Quod autem neque ipsius vocabuli vi atque natura, neque locis scripturæ hic in auxilium vocatis (Rom. 11, 1. 2 Cor. 11, 22) demonstrabitur. Neque eo hæc

---

[1]) D. Brief an die Römer, ad Rom. 1, 3.

[2]) Krehl ad Rom. 1, 3: „Das γενόμενον ἐκ γυναικός Gal. 4, 4 verbunden mit dem ἐκ σπέρματος Δαυὶδ in unserer Stelle giebt streng genommen durchaus nur den Begriff der natürlichen Erzeugung durch einen natürlichen Vater." Sic quoque H. A. Meyer, krit. exeg. Handb. üb. d. Ev. Matth. 2t. Aufl. p. 56.

Digitized by Google

conjectura superior fiet, quod testimoniis evangelistarum ostendi potest, Josephum fuisse stirpis Davidicæ. Quod quidem non uno loco expressis verbis affirmatur: ita Mth. 1, 20: Ἰωσὴφ, υἱὸς Δαυὶδ. Luc. 2, 4: διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυίδ (coll. 1, 27). Accedit duplex evangelistarum genealogia, quarum altera saltem dicenda est Josephi[1]). Verum si altera statuitur Mariæ virginis, jam ex eo sequeretur, Jesu originem Davidicam etiam ex matre derivari posse, quod aliis evangelii Lucæ indiciis Wieseler imprimis (Theol. Stud. u. Kritik. 1845, 2t. H. p. 395 ff.) probare studuit, coll. Luc. 2, 4. 1, 27. 69. 32. 35[2]). Neque

---

[1]) Ut efficeretur genealogiarum harmonia, constat, interpretes etiam usos esse ea conjectura, qua alteram statuerent Josephi, alteram Mariæ. Cfr. Lightfoot hor. hebr. et talmud. in evang. Luc. ad 3, 23. Ebrard, wissenschaftl. Kritik d. evang. Gesch. 1st. Th. p. 195 ff. Wieseler, die Geschlechtstafeln Jesu bei Matth. u. Luk., Theol. Stud. u. Kritik. 1845, 2t. H. p. 361 ff. W. J. Thiersch Versuch z. Herstellung des historischen Standpunkts für d. Kritik d. neutestamentl. Schriften p. 140. A. Neander, d. Leben Jesu Christi. p. 17. W. Hoffmann, d. Leben Jesu p. 165 f. Bleek, Beiträge z. Evangel. Kritik. p. 21. Cujus controversiæ momenta breviter exposuit H. N. Clausen, Fortolkning af de tre förste Evangelier, 1st. H. p. 106—112.

[2]) Assentiente F. P. Lange, qui (d. Leben Jesu, 2t. Bd. p. 93. Anm.) ad Luc. 2, 4: Von Maria brauchte es nicht bemerkt zu werden, dass sie von David abstamme: dies war dem christlichen Bewusztsein geläufig. Dasz aber Joseph von David abstamme, dies bedurfte einer Bemerkung." Quod quidem timeo, ne sit speciosius dictum. — Traditionibus apocryphis (Cod. Apocryph. Nov. Testam. ed. Thilo. Protevang. Jacob. c. 10. evang. d. nativit. Mariæ c. 1. Justin. Martyr. opp. edit. Londini 1722. p. 353. Euseb. hist. eccl. 1, 7.) insunt, quæ vindicent Mariæ genus Davidicum: conferas quoque vestigia traditionis judaicæ, quæ Mariam diceret filiam Eli. (Lightfoot hor. hebr. et talmud. in evang. Luc. ad 3, 23.)

Digitized by Google

facile est videre, quomodo evangelistæ, hac Davidica origine Mariæ non posita, Christum filium Davidis potuerint uno ore profiteri, quum Josephum Christi patrem fuisse narrationibus suis (Mth. 1, 18 sqq. Luc. 1, 26 sqq.) omnino negent. Nam nullo jure his evangelistarum traditionibus verba opponuntur, quæ hic illic occurrunt et Josephum Christi patrem nuncupant non solum ore Judæorum (Matth. 13, 55. Luc. 4, 22. Joh. 6, 42), sed etiam discipulorum (Joh. 1, 46), immo evangelistarum (Luc. 2, 41) et ipsius Mariæ (Luc. 2, 48). Quibus verbis vis sua adimitur nativitatis evangelio.

Restat, ut adjiciamus, eam affinitatem, quæ secundum Luc. 1, 36 Mariam intercesserit atque Elisabeth, filiam Aaronis (Luc. 1, 5), non obstare, quo minus Maria existimetur stirpis Davidicæ. Nam recte J. P. Lange (d. Leben Jesu, 2t. Bd. p. 98): „Die Israeliten durften auch aus andern Stämmen, auszer ihrem väterlichen heirathen (4 Moseb. 36, 3). So konnte also die Mutter der Elisabeth aus dem Geschlecht der Maria abstammen, oder vielfach auch auf andere Weise konnte diese Verwandtschaft begründet sein." Sic quoque jam ante Langium Neander, d. Leben Jesu p. 17.

Quæ hucusque disputavimus, pertinent ad Jesu nativitatem κατὰ σάρκα (Rom. 1, 3. 9, 5. 2). Patet, quantilla sit lux, quæ verbis Apostoli hujus disquisitionis tenebris affundatur. Posset hic quoque ratio haberi τῶν ἀδελφῶν τοῦ κυρίου, quorum mentionem facit Apostolus (1 Cor. 9, 5. Gal. 1, 19), verum valde dubitandum, num iis in auxilium vocatis quæstionis difficultas tollatur, quum de his ipsis Domini fratribus certi ali-

Digitized by Google

quid constituere sit difficillimum. Nobis præferendum videtur, de iis alio loco agere.

Jam autem quæstio hæc est, an de nativitate Jesu κατὰ πνεῦμα nihil nos doceat Paulus. Respondendum, jam eo, quod Jesu Christi υἱότης divina ei adscribatur κατὰ πνεῦμα (Rom. 1, 4: κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης), eum quoque implicite poni natum κατὰ πνεῦμα[1]). Quod si de eo affirmaretur, non quidem absolute distincta videretur ejus nativitas ab omnium hominum: Paulo enim ὁ κατὰ πνεῦμα γεννηθείς non est solus Christus, sed ii quoque, qui nati sunt διὰ τῆς ἐπαγγελίας (Gal. 4, 29. coll. v. 23. cfr. 1 Petr. 1, 23. ἀναγεγεννημένοι διὰ λόγου ζῶντος θεοῦ καὶ μένοντος. coll. Jac. 1, 18. cfr. Joannæum illud: τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, Joh. 3, 6. ἐκ τοῦ θεοῦ 1 Joh. 4, 7. 5, 1. 2, 29. Joh. 1, 13. 12.) Quod vero derivative de aliis, principaliter et originaliter de Christo[2]): quem κατὰ πνεῦμα natum

---

[1]) Cfr. F. Chr. Baur d. christl. Lehre von der Dreieinigkeit und Menschwerdung Gottes. 1st. Th. p. 81: „Das Vermittelnde des Verhältnisses, in welchem Jesus als Messias zu Gott steht, ist der heilige Geist. Dies ist die gemeinsame Vorstellung der neutestamentlichen Schriftsteller, sofern sie dieses Verhältniss noch nicht, wie Johannes, durch den Begriff des Logos vermittelt werden lassen."

[2]) Succurrunt nobis hic verba Langii (d. Leben Jesu, 2t. Bd. p. 68 Anm.): „Die Messiasidee der Maria musz als im Wesentlichen identisch mit dem Leben Christi selbst betrachtet werden, da sie in ihrem Schoosze zur Geburt Christi wurde." Ad quam sententiam etiam accessisse videntur Ebrard (wissensch. Kritik der evang. Gesch. 2t. Th. p. 878) et M. Baumgarten, qui ad Gen. 3, 20 (theol. Comment. z. alt. Testam. 1st. Th. 1 H.): „Dem Weibe hat Gott die Verheiszung des Heils gegeben, und die natürliche Empfänglichkeit des Weibes als den Ausgangspunkt desselben bezeichnet." Conferri etiam potest locus ille apocryphus: συλλήψῃ ἐκ λόγου αὐτοῦ (Cod. apocr. N. T. ed. Thilo. Protevang. Jacob. cap. 11).

Digitized by Google

eo quoque nobis describit Apostolus, quod eum dicit coelitus descendisse (κατέβη Eph. 4, 9. 10. coll. Rom. 10, 6), a Deo patre missum (Gal. 4, 4), vel potius sua existentia ἐν μορφῇ θεοῦ se sponte abdicasse, quum hominum caussa in terram venerit, μορφὴν δούλου λαβῶν (Phil. 2, 6 sqq. coll. Col. 1, 15 sqq. 1 Tim. 3, 16.) Ideo Christus est Apostolo ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ (1 Cor. 15, 47), origine sua vere ἐπουράνιος, non ἐκ γῆς χοϊκός (1 Cor. 15, 48. 47.) Sic Christum exemtum fuisse a vulgari hominum nativitate, in eo genus humanum non juxta naturam propagatum indicavit Apostolus, quum Christum appellaverit τὸν δεύτερον ἄνθρωπον (1 Cor. 15, 47. coll. v. 45. Rom. 5, 14), humani generis ad Adami instar novam originem[1]). Excepit hanc ideam Paulinam etiam auctor epistolæ ad Ebræos, eique superstruxit Christi cum Melchisedeco comparationem, qui ex interpretatione allegorica sistitur ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ (Ebr. 7, 3). Quod eodem fere contextu in illa epistola legimus, illud κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου (7, 16), ex mente auctoris, neque minus ex mente Pauli Apostoli, etiam de nativitate Christi dictum esse, jure nostro statuimus.

Quibns in unum comprehensis, Pauli auctoritate in fide apostolica subsistimus, qui Christum profitetur

---

[1]) Nativitate Christi extraordinaria, incarnationis mysterio, naturæ ejus humanæ veritas non magis tollitur, quam Adami creationis mysterio. Christus nihilominus est ὁ κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθείς, Ebr. 2, 17.

Digitized by Google

de spiritu sancto ex Maria virgine natum. Omissis omnibus momentis empiricis, ea in epistolis Paulinis minime videntur desiderari, quæ etiam quod nativitatem Domini attinet, fidem tueantur, ideæ religionis respondeant[1]).

§ 13.

Vitam Jesu Christi quod attinet, reperimus in epistolis Paulinis et quæ humanam et quæ divinam ejus naturam atque existentiam testantur. Ut ab illis incipiamus, Christus Jesus est *ἄνθρωπος* (1 Tim. 2, 5. Rom. 5, 15), et ubi existentia ejus terrestris (*ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ*, Ebr. 5, 7) nomine *ὑπακοῆς* (Rom. 5, 19. opp. *παρακοή*. cfr. Phil. 2, 8. Ebr. 5, 7) sive *δικαιώματος*[2]) (Rom. 5, 18. opp. *παράπτωμα*) insignitur, simul describitur et conditio ejus humana et vita Deo grata ejusque voluntati congrua, ab omni vitii et peccati turpitudine aliena (2 Cor. 5, 21: *τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν*. coll. Ebr. 7, 26. 4, 15: *ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, χωρὶς ἁμαρτίας*). Neque desiderantur testimonia Apostoli, quæ Christi naturam atque conditionem humanam accuratius describant. Quia Christus homo, etiam *ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος* (Phil. 2, 7. 8. coll. Ebr. 2, 17: *κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι*, coll. 4, 15: *πεπειρασμένος κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα*) et hanc *ὁμοίωσιν* non dubitat Aposto-

---

[1]) Cfr. N. H. Clausen, Fortolkning af de tre förste Evangelier, 1ste H. p. 16—20. Neander, d. Leben Jesu, p. 13 ff.

[2]) Conferendum illud: *ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι*. 1 Tim. 3, 16. *κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης*. Rom. 1, 4.

Digitized by Google

lus eo usque extendere, ut Christum ponat ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας (Rom. 8, 3. coll. Ebr. 5, 2: αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν). Quæ quidem verba per se spectata, dubiæ essent interpretationis: at ex analogia scripturæ non intelligi possunt, nisi de similitudine vitæ ejus humanæ cum vita hominum in universum, vita generis humani per ἁμαρτίαν depravati, ita tamen ut non nisi similitudo affirmetur, dubii ambitus, minime autem identitas omnibus numeris absoluta, quæ vel audaciore Apostoli verbo (2 Cor. 5, 21: ἁμαρτίαν ἐποίησεν) absque omni dubio excludenda est. Nam necesse est, in hac re sibi constare Apostolum statuamus, qui omnem ἁμαρτίας suspicionem a Christo removeat, ideoque illis verbis supra laudatis eum nihil aliud significare voluisse, quam naturam atque conditionem ei quidem simillimam, quam peccatum deformaverit, at nihilo minus, hac ipsa similitudine non obstante, a peccato alienam. Accedit quoque ad hanc interpretationem tuendam, quod alio loco Paulus Apostolus hanc ὁμοίωσιν sive, ut ibi scribit, hanc κένωσιν ita describit, ut Christus dicatur μορφὴν δούλου λαβών (Phil. 2, 7). Nam etiam δουλεία Christi non nisi ad μορφήν referri potest, quum reapse Christus non sit δοῦλος, sed υἱός (Joh. 8, 35). At indicare voluit Apostolus, quantum differret externa, terrestris Christi conditio a vera ejus natura, a dignitate ejus nativa, coelesti scilicet et divina: indicare voluit, quantam ἀντιλογίαν subierit servator, quum hominum caussa et hominum culpa homo sit factus.

Inest igitur illis Apostoli verbis debilitatis, fragilitatis, humilitatis notio, cui propter communionem cum hominibus peccatoribus se quoque subjecit filius homi-

Digitized by Google

num: immo Apostoli verba eo usque extendere nos jubent hanc Christi cum reliquis hominibus communionem, ut, quantum fieri potest, habeatur *ἁμαρτίας συμπάθεια*[1]), omnis doloris, miseriæ, ipsius mortis consortium, eo usque profectum, quo traditio evangelica Christum pervenisse nobis affirmat, ubi eum describit *ἕως θανάτου περίλυπον*[2]) (Mth. 26, 38), immo in cruce resonantem querelas hominis a Deo derelicti (Mth. 27, 46). Non minora loquuntur verba Apostoli[3]).

Ita jam exposuimus, quo modo verba Apostoli describant vitam Christi a peccato alienam et tamen peccatoribus simillimam. Accedunt huic apostolicæ descriptioni, quæ eandem imaginem plenius expleant. *Ἐν τῷ ἀνθρώπῳ Χριστῷ Ἰησοῦ — ἐπεφάνη ἡ φιλανθρωπία τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ* (Tit. 3, 4): perfecta illa Christi *ὑποκοή, τὸ δικαίωμα* ejus, quod Deo satisfecit, amor

---

1) cfr. Ebr. 4, 15. *δυνάμενος συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν.*

2) Huc spectat Ebr. 5, 7: *δεήσεις καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱός, ἔμαθεν, ἀφ' ὧν ἔπαθε, τὴν ὑπακοήν.* cfr. Mth. 26, 36 sqq. Mrc. 14, 32 sqq, Luc. 22, 41 sqq. v. 44: *γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἐκτενέστερον προσηύχετο.*

3) Recte J. P. Lange d. Leben Jesu, 1st. Bd. p. 124: die Stelle Phil. 2, 7 *ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιωμάτι ἀνθρώπων γενόμενος* bezeichnet nicht das Menschwerden Christi an sich, sondern die historische Bestimmtheit desselben, dasz er Knechtsgestalt annahm, dasz er den (sündigen) Menschen ähnlich wurde, als seine Entäuszerung. H. W. Thiersch, d. Kirche im apostolischen Zeitalter p. 50: Dies also ist das Wunder der Fleischwerdung, dasz der Sohn die gefallene und vom Fluch getroffene Menschennatur in die Einheit Seiner Person aufgenommen und in ihr vollkommene Heiligkeit verwirklicht hat. Cfr. H. Martensen, d. christl. Dogmatik. § 133.

Digitized by Google

est, ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ, ἡ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν (Rom. 8, 39). Hic Dei amor in Christo revelatus est ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ (2 Cor. 13, 13): καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν (Col. 3, 13. coll. Luc. 23, 34): ὁ Χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ (Rom. 5, 7), Ἰησοῦς Χριστός διάκονος (περιτομῆς, Rom. 15, 8. coll. Mth. 20, 28).

Quo magis autem divinus Jesu Christi amor διάκονον et δοῦλον hominibus se revelavit, eo minus mirandum, terrestrem ejus conditionem nobis non offerre coelestis majestatis, divinæ dignitatis expressam imaginem. Πλούσιος ὤν, δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε[1]) (2 Cor. 8, 9. coll. Mth. 8, 20). Ipse erat ille πτωχὸς τῷ πνεύματι, ille πενθῶν, ille πραΰς, ille πεινῶν καὶ διψῶν τὴν δικαιοσύνην, ille ἐλεήμων, ille καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ille εἰρηνοποιός, ille δεδιωγμένος ἕνεκεν δικαιοσύνης (Mth. 5, 3 — 10. 11, 29). Sic eum quoque describit Apostolus noster. Nam ὁ Χριστός — inquit (Rom. 15, 3) — οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν[2]), ἀλλὰ, καθῶς γέγραπται (Ps. 69, 10)· οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ (coll. Joh. 2, 17) — quam eandem sententiam in epistola ad Ebræos eo expressam legimus, quod Christum dicit τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν (Ebr. 12, 3) sive ὀνειδισμόν (Ebr. 11, 26. 13, 13. coll. 6, 6). Superfluum esset, multis exponere, quot et quanta dicta factaque Christi his vel brevissimis allusionibus sint quasi in unum collecta atque

---

[1]) ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, Ebr. 12, 2.

[2]) cfr. 1 Cor. 10, 33: μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι.

Digitized by Google

comprehensa, quo jure Christi historia iis dici possit adumbrari.

Quod ad specialiora vitæ Christi momenta attinet, patet, in epistolis Pauli eundem, quem ex evangeliis cognovimus hominum cyclum Christo addictorum, in illis quoque nobis obviam fieri. Apostolorum Christi sæpius mentionem facit. Loquitur de iis in universum (1 Cor. 9, 5. 15, 7), de eorum munere divinitus, per Christum instituto (1 Cor. 12, 28. Eph. 4, 11) et de hujus muneris præstantia atque auctoritate (Eph. 2, 20. 3, 5), loquitur de apostolis antecessoribus suis (*οἱ πρὸ ἐμοῦ ἀπόστολοι*, Gal. 1, 17), eorumque numerum expresse refert (*οἱ δώδεκα*, 1 Cor. 15, 5). Neque in hoc subsistit, sed data occasione ex Apostolorum numero nonnullos specialius commemorat, Petrum scilicet atque Joannem, eosdem, quorum nomina secundum ea, quæ aliunde cognovimus, etiam præ ceteris exspectanda essent. Sunt enim *οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι* (Gal. 2, 9). Ex quibus Petrus (Gal. 1, 18. 2, 7. 8. 11. 14) sive *Κηφᾶς* (1 Cor. 1, 12. 3, 22. 9, 5. 15, 5. Gal. 2, 9) describitur ut *φύσει Ἰουδαῖος* (Gal. 2, 14. 15): commemoratur ut testis singularis resurrectionis Christi (1 Cor. 15, 5. coll. Luc. 24, 34), ejusque matrimonium argumentationibus Paulinis (1 Cor. 9, 5. coll. Matth. 8, 14. Mrc. 1, 30. Luc. 4, 38: *ἡ πενθερὰ αὐτοῦ*, ex nonnullorum interpretatione etiam 1 Petr. 5, 13: *Μάρκος ὁ υἱός μου*) extra dubium ponitur (cfr. Euseb. hist. eccl. 3, 30).

Quod ad Jacobum attinet, qui loco laudato (Gal. 2, 9) simul cum Petro et Joanne iis annumeratur, qui ecclesiæ *στύλοι* habentur, interpretes eum vulgo ex Apostolorum ordine fuisse existimant. Difficilius est,

Digitized by Google

est, ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ, ἡ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν (Rom. 8, 39). Hic Dei amor in Christo revelatus est ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ (2 Cor. 13, 13): καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν (Col. 3, 13. coll. Luc. 23, 34): ὁ Χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ (Rom. 5, 7), Ἰησοῦς Χριστός διάκονος (περιτομῆς, Rom. 15, 8. coll. Mth. 20, 28).

Quo magis autem divinus Jesu Christi amor διάκονον et δοῦλον hominibus se revelavit, eo minus mirandum, terrestrem ejus conditionem nobis non offerre coelestis majestatis, divinæ dignitatis expressam imaginem. Πλούσιος ὤν, δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε[1]) (2 Cor. 8, 9. coll. Mth. 8, 20). Ipse erat ille πτωχὸς τῷ πνεύματι, ille πενθῶν, ille πραΰς, ille πεινῶν καὶ διψῶν τὴν δικαιοσύνην, ille ἐλεήμων, ille καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ille εἰρηνοποιός, ille δεδιωγμένος ἕνεκεν δικαιοσύνης (Mth. 5, 3 — 10. 11, 29). Sic eum quoque describit Apostolus noster. Nam ὁ Χριστός — inquit (Rom. 15, 3) — οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν[2]), ἀλλὰ, καθῶς γέγραπται (Ps. 69, 10)· οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ (coll. Joh. 2, 17) — quam eandem sententiam in epistola ad Ebræos eo expressam legimus, quod Christum dicit τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν (Ebr. 12, 3) sive ὀνειδισμόν (Ebr. 11, 26. 13, 13. coll. 6, 6). Superfluum esset, multis exponere, quot et quanta dicta factaque Christi his vel brevissimis allusionibus sint quasi in unum collecta atque

---

[1]) ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, Ebr. 12, 2.

[2]) cfr. 1 Cor. 10, 33: μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι.

Digitized by Google

comprehensa, quo jure Christi historia iis dici possit adumbrari.

Quod ad specialiora vitæ Christi momenta attinet, patet, in epistolis Pauli eundem, quem ex evangeliis cognovimus hominum cyclum Christo addictorum, in illis quoque nobis obviam fieri. Apostolorum Christi sæpius mentionem facit. Loquitur de iis in universum (1 Cor. 9, 5. 15, 7), de eorum munere divinitus, per Christum instituto (1 Cor. 12, 28. Eph. 4, 11) et de hujus muneris præstantia atque auctoritate (Eph. 2, 20. 3, 5), loquitur de apostolis antecessoribus suis (*οἱ πρὸ ἐμοῦ ἀπόστολοι*, Gal. 1, 17), eorumque numerum expresse refert (*οἱ δώδεκα*, 1 Cor. 15, 5). Neque in hoc subsistit, sed data occasione ex Apostolorum numero nonnullos specialius commemorat, Petrum scilicet atque Joannem, eosdem, quorum nomina secundum ea, quæ aliunde cognovimus, etiam præ ceteris exspectanda essent. Sunt enim *οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι* (Gal. 2, 9). Ex quibus Petrus (Gal. 1, 18. 2, 7. 8. 11. 14) sive *Κηφᾶς* (1 Cor. 1, 12. 3, 22. 9, 5. 15, 5. Gal. 2, 9) describitur ut *φύσει Ἰουδαῖος* (Gal. 2, 14. 15): commemoratur ut testis singularis resurrectionis Christi (1 Cor. 15, 5. coll. Luc. 24, 34), ejusque matrimonium argumentationibus Paulinis (1 Cor. 9, 5. coll. Matth. 8, 14. Mrc. 1, 30. Luc. 4, 38: *ἡ πενθερὰ αὐτοῦ*, ex nonnullorum interpretatione etiam 1 Petr. 5, 13: *Μάρκος ὁ υἱός μου*) extra dubium ponitur (cfr. Euseb. hist. eccl. 3, 30).

Quod ad Jacobum attinet, qui loco laudato (Gal. 2, 9) simul cum Petro et Joanne iis annumeratur, qui ecclesiæ *στύλοι* habentur, interpretes eum vulgo ex Apostolorum ordine fuisse existimant. Difficilius est,

Digitized by Google

hac in re certi aliquid statuere. Incidimus enim in quæstiones, de quibus in utramque partem disputari potest, de Jacobo Alphæi et de Jacobo, fratre Domini, de fratribus Domini in universum et de eorum cum Domino nexu. Nostrum non erit, in omnes hujus quæstionis difficultates descendere: attamen pro more nostro, neglectis omnibus conjecturis superfluis earumque examine, breviter exponemus, quæ hoc loco imprimis in censum venire videantur.

Patet ex Gal. 1, 19, Jacobum, *τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου*, a Paulo commemorari. Comparato 1 Cor. 9, 5, efficitur, ut præter illum Jacobum etiam alii *ἀδελφοὶ τοῦ κυρίου* (vel saltem alter eorum) cogniti fuerint Paulo, idque ita, ut eorum exemplum, eorum auctoritas non parvi existimaretur in ecclesia christiana. Ex evangeliis cognoscimus quatuor Domini fratres, inter quos Jacobus (Matth. 13, 55. Mrc. 6, 3): scimus ex Actis Apostolorum (1, 14), eos una cum Maria addictos fuisse primævæ ecclesiæ.

Verum ex loco citato (Gal. 1, 19) plerisque sequi videtur, Jacobum, Domini fratrem, Apostolum fuisse. Ex quo oritur conjectura de ejus identitate cum Jacobo Alphæi, et qui eam amplectuntur, eorum nonnulli conjecturam conjectura suffulciunt, quum etiam Judam, Domini fratrem, Apostolis adscribant idque eo indigitari existiment, quod hic Judas, teste Jud. 1, 1, se ipse nominet *ἀδελφὸν Ἰακώβου* et hoc sensu a Luca simpliciter recenseatur ut *Ἰούδας Ἰακώβου* (Luc. 6, 16. Act. 1, 13. coll. Mth. 13, 55. Mrc. 6, 3). Sic quoque J. P. Lange (d. Leben Jesu, 2t. Bd. p. 152) ex 1 Cor. 9, 5 conjicit, fratres Domini, non unum solum, sed saltem

Digitized by Google

duos, non tam ab Apostolis distingui, quam simul cum Petro reliquis Apostolis præponi[1]).

Longum esset, hic multis explicare, quomodo interpretes Jacobi Alphæi et Jacobi, Domini fratris, identitatem evincere conati sint. Nobis non placent hæ hypotheses: sunt dubiæ argumentationis[2]), et, ut alia prætereamus, Act. 1, 13. 14. Joh. 7, 5 obstacula videntur, quæ non facile amoveantur. Nobis igitur Jacobus Alphæi non est Domini frater[3]). Quod attinet ad locum Paulinum in epistola ad Gal. 1, 19, statuimus[4]), nihil ei inesse, quod nos cogat, Jacobum, Domini fratrem, Apostolis annumerare. Quo concesso, contendimus, de eodem Jacobo, Domini fratre, sermonem esse in reliquis locis Paulinis, nimirum Gal. 2, 9. 12. 1 Cor. 15, 7[5]). Deest ubique accuratior Jacobi descriptio, et jam ex eo sequi videtur, præferendum esse, de uno eodemque

---

1) Contra aliis (Olshausen ad h. l., Strausz d. Leben Jesu, 1st. Bd. p. 189 &c.) eodem loco comprobari videtur, fratres Domini ad Apostolorum ordinem nequaquam pertinere.

2) Cfr. de Wette Einl. in d. kan. Bücher d. N. Testam. 4te Aufl. § 167.

3) Sic quoque, ut alios taceam, Rich. Rothe (Anfänge d. christl. Kirche u. ihr. Verfass. Bd. 1. p. 264), Strausz (d. Leben Jesu, Bd. 1. p. 180), Olshausen (ad 1 Cor. 9, 5 al.).

4) Cfr. Fritzsche comment. in Matth. p. 482. Winer comm. in epist. ad Gal. edit. tert. p. 51. Strausz, d. Leben Jesu, 1st. Bd. p. 189. Wieseler, Theol. Stud. u. Kritiken 1842, 1st. H. p. 92. Olshausen, Bibl. Commentar, 4t. Bd. p. 32.

5) Traditio ecclesiastica hunc locum de fratre Domini interpretatur. Cyrill. Hierosolym. catech. 14. c. 21. p. 216. ed. Touttée. Chrysostom. hom. 38 in ep. 1 ad Cor. p. 355. tom. 10. ed. Montf. Hieron. d. vir. illust. cap. 2.

Digitized by Google

Jacobo ubique cogitare[1]). Accedit, quod traditio ecclesiastica[2]) Jacobo, Domini fratri, episcopatum tribuit ecclesiæ Hierosolymitanæ, et quod Lucas in Actis Apostolorum 12, 17. 15, 13. 21, 18 simpliciter loquitur de Jacobo, ac si nulla esse possit dubitatio, quis ille sit Jacobus. Neque facile dixeris, cur Jacobum Alphæi ecclesiæ *στύλοις* annumeraret Paulus (Gal. 2, 9), eumque præponeret Petro, alias principi Apostolorum. Contra cogitari potest, quo modo factum sit, ut Domini frater, licet non Apostolus, tamen vel Petro anteponeretur.

Statuimus igitur, ex Apostolis a Paulo non nisi Petrum atque Joaneum nominari: sed mentionem facit fratrum Domini, et imprimis Jacobi. Restat, ut exponamus, quo sensu Paulus loquutus si de fratribus Domini.

Hic quoque multiplex conjecturarum dissensus. Nobis autem cum iis facere placet, qui fratres Domini statuant neque consobrinos neque consanguineos germanos, sed filios Josephi ex conjuge priore, *υἱοὺς Ἰωσὴφ ἐκ προτέρας γυναικὸς συνῳκηκυίας αὐτῷ πρὸ τῆς Μαρίας* (Origen. opp. ed. de la Rue. T. 3. 462). Hæc est antiquæ ecclesiæ traditio, cujus testes Origenes, Eusebius, Epiphanius, Chrysostomus, Hilarius, Ambrosius al. (cfr. H. Valesii Annot. in Euseb. h. e. 2, 1. Thiersch, Vers. z. Herstellg. d. histor. Standp. f. d. Krit. d. neutest. Schrift. p. 431 ff.), cujus documenta

---

[1]) Aliter Wieseler (über die Brüder des Herrn. Theolog. Stud. u. Kritiken 1842, 1st. H. p. 71 ff.), qui Gal. 2, 9. 12 de Jacobo Apostolo, sed Gal. 1, 19 de Jacobo, fratre Domini, verba fieri existimat, suamque interpretationem subtili argumentatione commendavit.

[2]) Euseb. h. e. 2, 23. Epiphan. adv. hær. 78, 13. coll. Josephi Antiqq. 20, 9. 1.

Digitized by Google

etiam traditiones apocryphæ de nomine illius uxoris ejusque filiarum, Domini sororum (Cod. apocr. Nov. Test. ed. Thilo. histor. Josephi cap. 2. cfr. Cotelerius, Patr. Apostol. opp. Not. ad Const. Apost. 3, 6. ed. Clerici. Antverp. 1700. p. 277. sqq.). Præferenda nobis videtur hæc hypothesis dubiis eorum interpretationibus, qni aut ex Mariæ sorore[1]) aut ex fratre Josephi[2]) affinitatis nexum deducere student, aut ipsius Mariæ filios, post Jesum Josepho natos, evangelistarum verbis (imprimis Matth. 1, 25) nobis indigitari existimant — opinio, quæ ecclesiæ pietati vix se commendabit, licet Neandrum (d. Leben Jesu Christi p. 33) nacta sit defensorem.

Nostra hypothesi admissa, facile explicatur, quo modo factum sit, ut fratrum nomen sortirentur filii Josephi, idque retinerent, fratribus Domini fide sua *πνευματικῶς* postea adscripti.

Præter discipulos Christi jam nominatos admodum dubium est, num alii, non quidem Apostoli, sed discipuli sensu latiore (*τῶν ἑβδομήκοντα* Luc. 10, 1.) obviam nobis fiant in epistolis Paulinis. Multa, ut constat, in iis reperiuntur nomina christiana, quorum nonnulla (Barnabæ? Gal. 2, 1 sqq. coll. Act. 4, 36 al.) illis

---

1) cfr. Joh. 19, 25. coll. Matth. 27, 56. Mrc. 15, 40. Mth. 13, 55. Mrc. 6, 3. Dissentiente Wieseler, Theol. Stud. n. Kritik. 1840. 3 H. p. 648.

2) cfr. Lange, d. Leben Jesu. 2t. Bd. p. 139 ff. Cujus conjectura de Cleopha, fratre Josephi, patre *τῶν ἀδελφῶν τοῦ κυρίου*, non omni traditionis præsidio destituta est: vide Euseb. hist. eccl. 3, 11. 4, 22. Theophylact. ad Gal. 1, 19. Constitt. Apost. 7, 46.

Digitized by Google

ecclesiæ christianæ primitiis non sine veritatis specie adscribi posse videntur. Verum ipsis epistolarum locis nihil inest, quod ulli eorum, quos Apostolus nominat, hanc singularem dignitatem concedendam esse suadeat. Quam ob rem difficile est dicere, quatenus fides sit habenda iis traditionibus (Euseb. hist. eccl. 1, 12. al.), quæ in epistolis Paulinis ejus modi Jesu discipulos indigitent, præsertim quum earum nonnullæ sint absque dubio falsæ. Cujus generis est commentum de *Κηφᾷ* discipulo, non Apostolo Christi.

In oratione Pauli, quæ cap. 13 Act. App. nobis tradita est, Apostoli — sive discipuli Jesu in uniuersum — v. 31 describuntur ut *συναναβάντες αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλήμ*, quibus verbis brevissimis itinera Domini, ejusque et discipulorum ejus cum Galilæa nexus singularis obiter indigitatur.

Eodem loco insunt quoque, quæ Pauli testimonio ea comprobant, de quibus in initiis evangeliorum sermo est, Joannis nimirum Baptistæ munus atque præconium. Refertur ibi (v. 24) ad Joannem *βάπτισμα μετανοίας* (coll. Act. 19, 4. Luc. 3, 3. Mrc. 1, 4) et simul respicitur ad celeberrimam ejus de Christo professionem verbis commatis 25m.: *ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε· τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; οὐκ εἰμι ἐγώ, ἀλλ' ἰδοὺ, ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι* — quibuscum conferenda Act. 19, 4. Mrc. 1, 7. Luc. 3, 16. Joh. 1, 20. 27.

§ 14.

Quod attinet ad miracula Christi, constat, ad ea

Digitized by Google

impugnanda crisin Strauszianam[1]) etiam usam esse epistolis Apostolicis. Neque ab ea erat exspectandum, fore, ut negligeret illam argumentationis speciem, quam sibi offerret epistolarum silentium de singulis iis miraculis, quæ ab evangelistis referantur. Hoc enim concedendum, in epistolis suis Paulum Apostolum — de quo solo nobis est sermo — nullam eorum expressis verbis facere mentionem, ideoque nostrum esse videtur, quo modo id fieri potuerit, paucis ostendere, ne evangelistarum relationi adversari existimetur Pauli de Christo testimonium.

Id igitur primum videamus, num testimoniis Paulinis vere insint, quæ ab historia Christi miracula excludant, an etiam Pauli testimoniis id potius efficiatur, ad eam pertinere miraculorum traditionem. Utri sententiæ a nobis sit assentiendum, jam ex eo — si quid videmus — sequitur, quod evidentissimis testimoniis ipsius Apostoli extra omnem dubitationem positum est, miracula ab eo minime excludi a sui temporis, a primævæ ecclesiæ historia: immo suæ ipsius historiæ miracula vindicat. Provocamus hic, ut dubia (v. c. Gal. 3, 4) omittantur, ad 1 Cor. 12, 9. 10: *ἄλλῳ δε (δίδοται) χαρίσματα ἰαμάτων* (cfr. v. 30), *ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι· ἄλλῳ δε ἐνεργήματα δυνάμεων* (cfr. v. 28) — verba, quæ nobis describunt ecclesiæ conditionem congruenter iis, quæ leguntur Ebr. 2, 4: *συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι καὶ ποικίλαις δυνά-*

---

[1]) Cfr. Chr. H. Weisze, d. geschichtlichen Voraussetzungen der Strauszischen Glaubenslehre. Illgen's Zeitschrift f. d. histor. Theologie. 1842. 3t. H. p. 138.

Digitized by Google

ecclesiæ christianæ primitiis non sine veritatis specie adscribi posse videntur. Verum ipsis epistolarum locis nihil inest, quod ulli eorum, quos Apostolus nominat, hanc singularem dignitatem concedendam esse suadeat. Quam ob rem difficile est dicere, quatenus fides sit habenda iis traditionibus (Euseb. hist. eccl. 1, 12. al.), quæ in epistolis Paulinis ejus modi Jesu discipulos indigitent, præsertim quum earum nonnullæ sint absque dubio falsæ. Cujus generis est commentum de *Κηφᾷ* discipulo, non Apostolo Christi.

In oratione Pauli, quæ cap. 13 Act. App. nobis tradita est, Apostoli — sive discipuli Jesu in universum — v. 31 describuntur ut *συναναβαντες αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλήμ*, quibus verbis brevissimis itinera Domini, ejusque et discipulorum ejus cum Galilæa nexus singularis obiter indigitatur.

Eodem loco insunt quoque, quæ Pauli testimonio ea comprobant, de quibus in initiis evangeliorum sermo est, Joannis nimirum Baptistæ munus atque præconium. Refertur ibi (v. 24) ad Joannem *βάπτισμα μετανοίας* (coll. Act. 19, 4. Luc. 3, 3. Mrc. 1, 4) et simul respicitur ad celeberrimam ejus de Christo professionem verbis commatis 25m.: *ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε· τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; οὐκ εἰμι ἐγώ, ἀλλ' ἰδοὺ, ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι* — quibuscum conferenda Act. 19, 4. Mrc. 1, 7. Luc. 3, 16. Joh. 1, 20. 27.

§ 14.

Quod attinet ad miracula Christi, constat, ad ea

Digitized by Google

impugnanda crisin Strauszianam[1]) etiam usam esse epistolis Apostolicis. Neque ab ea erat exspectandum, fore, ut negligeret illam argumentationis speciem, quam sibi offerret epistolarum silentium de singulis iis miraculis, quæ ab evangelistis referantur. Hoc enim concedendum, in epistolis suis Paulum Apostolum — de quo solo nobis est sermo — nullam eorum expressis verbis facere mentionem, ideoque nostrum esse videtur, quo modo id fieri potuerit, paucis ostendere, ne evangelistarum relationi adversari existimetur Pauli de Christo testimonium.

Id igitur primum videamus, num testimoniis Paulinis vere insint, quæ ab historia Christi miracula excludant, an etiam Pauli testimoniis id potius efficiatur, ad eam pertinere miraculorum traditionem. Utri sententiæ a nobis sit assentiendum, jam ex eo — si quid videmus — sequitur, quod evidentissimis testimoniis ipsius Apostoli extra omnem dubitationem positum est, miracula ab eo minime excludi a sui temporis, a primævæ ecclesiæ historia: immo suæ ipsius historiæ miracula vindicat. Provocamus hic, ut dubia (v. c. Gal. 3, 4) omittantur, ad 1 Cor. 12, 9. 10: *ἄλλῳ δε (δίδοται) χαρίσματα ἰαμάτων* (cfr. v. 30), *ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι· ἄλλῳ δε ἐνεργήματα δυνάμεων* (cfr. v. 28) — verba, quæ nobis describunt ecclesiæ conditionem congruenter iis, quæ leguntur Ebr. 2, 4: *συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι καὶ ποικίλαις δυνά-*

---

[1]) Cfr. Chr. H. Weisze, d. geschichtlichen Voraussetzungen der Strauszischen Glaubenslehre. Illgen's Zeitschrift f. d. histor. Theologie. 1842. 3t. H. p. 138.

Digitized by Google

μεσι καὶ πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς. Et quæ ita indefinite commemorantur, eorum facit mentionem pleniorem et accuratiorem Apostolus in sua ipsius vita atque munere describendo, scribens ad Romanos (15, 18): *κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου* — scribens ad Corinthios (2 ep. 12, 12): *τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πασῇ ὑπομονῇ, ἐν σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι*[1]). Qui his verbis *σημεῖα, τέρατα* et *δυνάμεις* aperte dicit signa et documenta muneris sui apostolici, num idem testis habendus est, Christo defuisse miracula?

Proficiscitur haud dubie talis suspicio ex ea de miraculis opinione, quæ eorum cum vita Christi nexum naturalem et, ut ita dicam, organicum sive ignorat sive ignorare studet. Quid autem naturæ atque existentiæ Christi convenientius, quam miraculorum splendor? Et quam alte infixa est hæc ipsa persuasio sacrorum scriptorum animis! ut se miracula narrare minime mirentur, qui de Christo scribant. Quare etiam quid simplicius illo Petrino testimonio de miraculis Christi, quod in Act. App. 10, 38 his verbis expressum legimus: *ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς πνεῦματι ἁγίῳ κάι δυνάμει, ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν κὰι ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου?* Scriptoribus sacris aliud est miraculum, quam iis, qui ea obtrectant: quibus Christus est miraculum, miracula ejus mirantur quidem, sed minime opinantur fide ma-

---

[1]) Cfr. Act. 19, 11 sqq.

Digitized by Google

jora, quum qui miraculis major, eum fides amplexa sit[1]), fides, quæ credit miraculum salutis, fides, quæ sperat, τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ revelatum iri ἐν τῇ κτίσει (Rom. 8, 21) — cujus spei pignora dicenda sunt miracula Domini.

Sicuti miracula in universum minime dici possunt Pauli testimoniis ab historia Christi excludi, sic insunt quoque epistolis Paulinis, quæ dæmonologicis evangelistarum narrationibus et congruant et iis ex-

---

[1]) Succurrunt nobis verba Schleiermacheri, quæ in usum nostrum convertere non dubitamus: Es ist das Wunder Christus selbst; es ist das Wunder, dass das Wort Fleisch ward, das Wunder, dass die Herrlichkeit des eingebornen Sohnes strahlte in einem menschlichen Antlitz und in einer menschlichen Gestalt, da alle Anderen ohne Ausnahme nur Sünder waren und jedes Ruhmes ermangelten, den sie bei Gott haben sollen; es is das Wunder, dass Christus nicht nur so war in dieser Herrlichkeit des eingebornen Sohnes, sondern dass er auch von Anbeginn an Allen, die an ihn glauben, die Macht gegeben hat und noch giebt, Kinder Gottes zu sein. — Aber die Wunderthaten Christi des Herrn selbst, von denen uns so viele ausführlich beschrieben werden in der Geschichte seines Lebens und noch mehrere, ohne sie genau zu beschreiben, in grossen Massen erwähnt werden? Diese Wunder, sie hingen allerdings in ihm zusammen mit jenem grossen Wunder. (Schleiermachers sämmtl. Werke, 2t. Abth. 3t. Bd. p. 419. cfr. 1st. Abth. 4t. B. p. 126 ff.). — Cfr. Marheineke, theolog. Vorlesungen 2t. B. p. 326: „Er ist ein Wunder selbst dann, wenn er keine Wunder thut." Idem, d. Grundlehren d. chr. Dogmatik p. 215: „in ihm das Princip aller Wunder und alles Wunderglaubens offenbar geworden." Neander, d. Leben Jesu Christi p. 257: die Erscheinung Christi das höchste Wunder, der Mittelpunkt aller Wunder u. s. w. — Ceterum de miraculis Christi non indignus qui conferatur J. P. Lange, das Leben Jesu, 2t. Bd. p. 258—339: quæ si non omnia satisfaciant, tamen neque pietatis neque subtilitatis laus iis deneganda.

Digitized by Google

plicandis inserviant. Dico Eph. 6, 11. 12. 1 Cor. 10, 20. 1 Tim. 4, 1.

Ut autem verbo dicam, etiam miraculorum Christi testis dicendus est Paulus Apostolus, quia hæc est summa eorum, quæ de Christo testatur, ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς (Col. 2, 9).

§ 15.

Reliquum est, ut jam paucis moneamus, quam assiduus sit Apostolus in hac divina Jesu Christi quum natura atque existentia tum munere et opere laudando et celebrando. Paucis tantum, quæ huc pertineant, in animo est attingere, ut qualis sit Christi imago et quænam ejus historia, quam literis suis adumbraverit Apostolus, clarius pateat.

Quæ de Jesu Christo hoc nomine celebrantur, omnia eo redeunt, eum esse τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. Quod de Jesu Christo emphatice dicitur, ita ut illius denominationis significatio non ex eo constitui possit, quod υἱοὶ θεοῦ dicantur ὅσοι πνεύματι θεοῦ ἄγονται (Rom. 8, 14. 19) idque ex analogia loquendi quum Veteris (cfr. Rom. 9, 26 υἱοὶ θεοῦ ζῶντος. Hos. 1, 10) tum Novi Testamenti (cfr. τέκνα θεοῦ, Rom. 8, 16. 21. Joh. 1, 12. 13). Non enim desunt, quæ Christi — non tam dixerim υἱοθεσίαν (Rom. 8, 15), quam potius υἱότητα ita definiant, ut plane singularis et, salva similitudine, satis dissimilis appareat. Quo jam spectat, quod υἱὸς ἴδιος (Rom. 8, 32) vocatur; porro quod qui Dei filius, idem hominum Dominus constanter celebra-

Digitized by Google

tur (cfr. imprimis 1 Cor. 12, 3. 1, 2. Rom. 10, 9. 1, 4. 2 Cor. 11, 31), idque ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ (1 Cor. 15, 47), cujus δοῦλοι ipsi Apostoli (Rom. 1, 1 etc.). Est vero dominus, quia Deus est dominus, ejusque naturæ filius particeps, patrem refert. Deus igitur in Christo revelatur, ut hic sit εἰκὼν τοῦ θεοῦ (Col. 1, 15. 2 Cor. 4, 4), ἡ δόξα τοῦ θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ (2 Cor. 4, 6. cfr. Ebr. 1, 3). Quod Dei est, est quoque Christi (δύναμις, σοφία, δικαιοσύνη, χάρις κ. τ. λ. cfr. 1 Cor. 1, 21. 24. 30. Rom. 5, 15. 2 Cor. 13, 13) — ideoque Christus ὁ πλούσιος (2 Cor. 8, 9) — et in Christo nobis non solum revelatum, ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος[1]) σωματικῶς (Col. 2, 9), sed per Christum nos quoque eorum, quæ Dei sunt, participes (1 Cor. 1, 30), et ita per Christum ad nos pervenit ἡ σωτηρία, ἡ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ (2 Tim. 2, 10), et Christus factus est nobis ὁ σωτήρ[2]) (Tit. 2, 13). Nam περὶ ἁμαρτίας (Rom. 8, 3) misit ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱόν, et qui in Christo erat θεός, ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ (2 Cor. 5, 19), ἦν τὸ ἱλαστήριον (Rom. 3, 25), καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν (Ebr. 1, 3), ita ut cujus per eum — πίστει scilicet — participes evadimus, sit ἡ καταλλαγή (Rom. 5, 11), sit ἡ ἀπολύτρωσις (1 Cor. 1, 30), non sine sanguine comparata (Eph. 1, 7. cfr. Ebr. 9, 12: αἰωνίαν λύτρωσιν

---

[1]) Non est, quod anxie quæramus, num Paulus Apostolus Rom. 9, 5. 1 Tim. 3, 16. Tit. 2, 13 (Ebr. 1, 8) Christum dixerit θεόν — quod ex analogia scripturæ optime potuisset.

[2]) Cfr. ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας, Ebr. 2, 10. αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, Ebr. 5, 9.

Digitized by Google

εὑρᾶμενος), sit ἡ περισσεία τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης (Rom. 5, 17). Sic Christus est ὁ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, neque præter eum alius (εἷς, 1 Tim. 2, 5): solus est ὁ μεσίτης, idemque omnium (1 Tim. 1, 4. 5. 2 Cor. 5, 15). Sic Christus est ἡ κεφαλή (Eph. 1, 22. 4, 15. 5, 23. Col. 1, 18. 2, 10. 19), idque τὸ μυστήριον χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένον, νῦν δὲ φανερωθέν (Rom. 16, 25), τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν (Eph. 1, 9): ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς (Eph. 1, 10).

Cujus autem ex iis, quæ jam attigimus, æterna natura atque ἐνέργεια universalis[1]) conspicua est, idem expressis verbis celebratur ut πρωτότοκος πάσης κτίσεως (Col. 1, 15. cfr. Ebr. 1, 6. Joh. 17, 5), eique adscribitur ad homines relatio, vita ejus humana prior (1 Cor. 10, 4. 9. coll. Joh. 8, 58).

Quibus in unum conjunctis, quis non concedet, tanta non potuisse de Christo prædicare Paulum Apostolum, nisi talis præcessisset vita atque humana existentia, qualis imaginem nobis referunt evangelistarum narrationes? Quas, ut ita dicam, flagitat fides christiana, quæ cum Apostolo fatetur, datum esse Christo ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα (Phil. 2, 9).

---

[1]) Quam, quod futura attinet, spes christiana exprimit de τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, fides in eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos.

Digitized by Google

§ 16.

Quid et quantum tribuerint traditioni orali, qui ex ea sola evangeliorum consensum se explicare posse contenderent, satis notum est. Obstat sine dubio ejusmodi hypothesibus præter multa alia id quoque, quod vix cogitari potest, in sermonibus Christi tradendis scriptores evangelicos hac via pervenire potuisse ad tantam verborum convenientiam. Id quod Pauli Apostoli literæ non obscure nos docent. Nam mirum est, quum ipsæ sententiæ iterum iterumque prodant Christum auctorem ejusque spiritum sanctum, quam rarus sit in literis Paulinis verborum Christi cum verbis Apostoli consensus manifestus. Quare si statuatur, verba et sermones Christi quasi formis stereotypis traditos esse per ecclesiam, haud facile explicaveris, quo modo factum sit, ut in Pauli epistolis hujus rei tam dubium inveniretur testimonium: licet nos non fugiat, non nihil tribuendum esse ipsius Apostoli conditioni singulari, ut qui non fuerit ex numero discipulorum ἐν ἀρχῇ electorum.

Rarissima, ut jam diximus, sunt in Pauli epistolis ea testimonia, quæ verba Christi nobis referre dici possint. Etiam ubi Apostolo videtur in animo fuisse, ad ipsa verba Domini provocare, non quidem omnino desiderantur ejusmodi testimonia, sunt vero adeo indefinita, omni accuratiore traditionis forma destituta, ut admodum exigua sit ea rerum notitia, quæ inde accedere possit ad historiam Christi. Reperimus Apostolum in priore ad Corinthios epistola (7, 10. 11) expressis verbis affirmantem: *τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ*

Digitized by Google

χωρισθῆναι — ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω — καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. Quod ad argumentum attinet, omnino consentit cum iis, quæ Dominum docuisse evangelistæ (Matth. 5, 32. 19, 6. 9. Marc. 10, 8-12. Luc. 16, 18) tradunt: verbis autem nihil inest, quod manifesta ipsius Christi sermonis vestigia prodat. Sic quoque ubi in priore ad Thessalonicenses epistola (4, 15 sqq.) ἐν λόγῳ κυρίου eum loquentem audimus, pauca tantummodo sunt, quæ ipsius Christi de hisce rebus sermones verbotenus referre videantur. Si quid exempli instar esset afferendum, provocarem imprimis ad 5, 2: ὅτι ἡ ἡμέρα κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. Quæ verba Apostoli non solum quod disertis evangelistarum traditionibus (Matth. 24, 43. Luc. 12, 39) respondent, sed etiam quod quæ iis enuntiantur, expresse dicuntur res omnino non inauditæ, verum omnibus bene notæ (αὐτοὶ ἀκριβῶς οἴδατε), ex fonte traditionis primitivæ prodiisse videntur. Eundem fontem indigitant forsan, quæ legimus 5, 3: τότε αἰφνίδιος αὐταῖς ἐφίσταται ὄλεθρος (comparatis Luc. 21, 34: καὶ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη) et 5, 6: γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν (coll. Matth. 24, 42. Mrc. 13, 35: γρηγορεῖτε οὖν) et 2 Thess. 2, 2: μὴ θροεῖσθαι coll. Mth. 24, 6. — Hic quoque afferatur locus in 1 Cor. 9, 14: ὁ κύριος διέταξε τοῖς τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν, ἐκ τοῦ εὐαγγέλίου ζῆν. Provocat Apostolus ad expressum Christi mandatum: at definiri nequit, quibus verbis ipsissimis loquutus sit Dominus. Iis forsan, quæ in evangeliis legimus Matth. 10, 10. Luc. 10, 7? Optime quadrant in sententiam Apostoli, et ipse alio loco et quidem in

Digitized by Google

re simillima, quæ apud Lucam legimus, verbotenus citat. Scilicet in priore ad Timotheum epistola 5, 18 hæc verba: ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ a Paulo laudantur; credo, quia Christi sunt verba, nam annectuntur iis, quæ ex scriptura sacra veteris testamenti sunt allata, et ut verba ejusdem ponderis, ejusdem auctoritatis adduntur ab Apostolo. Dici posset, proverbium fuisse, ideoque et a Christo citatum et a Paulo scripturæ verbis supplementi instar additum[1]). Quod saltem præferendum dixerim iis, quæ Ebrard (wissenschaftl. Kritik d. evang. Gesch. 2t. Th. p. 984) statuit, qui temere, ut videtur, ex illa citandi formula, qua usus est Paulus (λέγει γὰρ ἡ γραφή), monstrare studet, his verbis contineri expressum Pauli Apostoli testimonium de evangelio Lucæ.

Omnino tenendum est, difficillimum esse, ex his verborum vestigiis, unde profecta sint, accuratius constituere. Patet enim, quanta sit vis solitæ dicendi rationis in hac verborum convenientia effingenda: patet, idearum congruentiam etiam verbis non posse non conspicuam fieri: patet, ad verborum Christi et Apostolorum similitudinem explicandam etiam veteris testamenti rationem esse habendam, et haud raro ex hoc communi fonte derivandum, si quæ in evangeliis legimus, etiam in epistolis reperiantur. Attamen fieri potest, ut ipse hic veteris testamenti usus Apostolos

---

[1]) Calvinus ad h. l.: „non citat quasi scripturæ testimonium, sed quasi dictum proverbiale, quod omnibus dictat communis sensus. Quemadmodum et Christus, quum idem dicebat Apostolis, nihil aliud quam sententiam proferebat omnium consensu approbatam."

Digitized by Google

ostendat discipulos Christi, quæ Christus jam citavit, allegantes eaque interpretantes ex mente Christi. Exemplum dixerim usum loci Esaiani (6, 9. 10) in epistola ad Rom. 11, 8 et apud Matth. 13, 15 locisque parallelis: aliud exemplum usum Ps. 110, 1 in 1 Cor. 15, 25 (coll. Ebr. 1, 13. 10, 13) et in sermone Domini Matth. 22, 44.

Testantur epistolæ Pauli, Apostolorum non fuisse, solummodo reddere verba sibi tradita, verum, ut profitetur Apostolus, ἐν διδακτοῖς πνεύματος, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνειν (1 Cor. 2, 13). Ubique igitur reperimus τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ, νοῦν Χριστοῦ (1 Cor. 2, 16), verum verba ejus non tam memoriæ mandata, quam ex spiritu denuo nata. Quo factum est, ut historia Christi, quatenus in verbis et sermonibus ejus tradendis versatur, solis evangelistarum relationibus nitatur: epistolæ Apostolicæ argumentum quidem horum sermonum servant, de doctrina Christi non minus quam evangelia testantur, non autem sibi propositum habent, ipsa verba reddere, neque licebit, formam doctrinae Christi, ejus dicendi et colloquendi rationem ex hisce epistolis imagine expressa restituere.

Sequitur, ut si deessent nobis evangeliorum præsidia, vitæ Christi imago hac ex parte quam maxime imperfecta foret. Non quidem desideraretur summa doctrinæ Christi, ipsis epistolis Apostolicis satis exposita, verum deesset nobis præsens illa atque viva Christi loquentis et colloquentis, docentis, probantis et improbantis imago, quam evangelistarum fidei debemus. Aliud est, quod, posita traditione evangelistarum, ubi ad epistolas Apostolicas accedimus, relationi-

Digitized by Google

bus evangelicis imbuti, verbis Christi eorumque principiis familiares, multa reperiemus in epistolis Apostolorum vestigia, quæ sicuti nobis in mentem revocant quæ in evangeliis leguntur, sic quoque profecta videntur ex illo fonte, qui nobis per evangelistarum narrationes innotuit. Innumeræ sunt ejusmodi allusiones: omnium autem natura atque conditio talis est, ut de earum vi atque origine in infinitum disputari possit, et cujusque judicio relinquendum, quantum singulis tribuat. Postulat tamen finis, qui nobis propositus est, ut exemplis allatis illustremus, quæ hic exposuimus.

Legimus in epistola ad Romanos 12, 14: *εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς· εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε.* Et quod hic præcipiat Apostolus, vitam suam docuisse declarat in priore epistola ad Corinthios 4, 12. 13 (*λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα· βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν*). Nonne obversatum est animo ejus effatum Domini Matth. 5, 44: *εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς* (Luc. 6, 28) .... *καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν .... διωκόντων ὑμᾶς*?

Legimus in epistola ad Romanos 13, 8: *ὁ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε.* v. 10: *πλήρωμα νόμου ἡ ἀγάπη.* Allegatur Levit. 19, 18. Sic quoque Gal. 5, 14: *ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται.* Annon in mentem venit Apostolo, quod de Christo traditum est Matth. 22, 39. 40. Luc. 10, 27[1])?

Scimus, Dominum dixisse Pilato procuratori: *οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομέ-*

---

[1]) Olshausen ad Rom. 13, 8. 9: „bei den ersten Versen schwebte übrigens dem Apostel wahrscheinlich das Wort Christi vor Matth. 22, 40."

Digitized by Google

νον ἄνωθεν (Joh. 19, 11). Num ex horum verborum recordatione factum est, ut doceat Paulus: οὐ γὰρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ Rom. 13, 1?

Scimus, Dominum in cruce de hostibus suis esse professum: οὐκ οἴδασι, τὶ ποιοῦσι (Luc. 23, 34). Nonne horum verborum auctoritate commotus scripsit Apostolus: εἰ ἔγνωσαν, οὐκ ἐσταύρωσαν (1 Cor. 2, 8. coll. Act. 13, 27: οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, τοῦτον ἀγνοήσαντες .... κρίναντες κ. τ. λ.)?

Principii instar traditum est nobis illud effatum Domini: οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας (Matth. 5, 17). Nonne ejus memoria impressa est Apostoli verbis Rom. 3, 31: νόμον οὐ καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως, ἀλλὰ ἱστῶμεν?

Profitetur Dominus de divino salutis humanæ consilio: ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις (Matth. 11, 25). Quæ verba Domini nonne resonant nobis, quando apud Paulum (1 Cor. 1, 27) legimus: τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεός, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ?

Hisce verborum et sermonum Christi clarioribus vestigiis plura addi possunt, quibus non eadem probandi vis et persuadendi auctoritas. Vestigia igitur si qua inveniantur, tamen dubia et obscuriora dixerim Rom. 11, 25 (ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ coll. Luc. 21, 24. Matth. 24, 14). 2 Thess. 1, 7 sqq. (ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ coll. Matth. 25, 31). 1 Tim. 2, 5 (ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. coll. Mth. 20, 28: δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν). Rom. 9, 7 (σπέρμα et τέκνα Ἀβραάμ. coll. Joh. 8, 37.

Digitized by Google

39. Rom. 4, 11. 12. 16). Rom. 6, 16. 20 (*δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας*. coll. Joh. 8, 34. 32. 36. Rom. 6, 22. 8, 2. 21). Rom. 2, 1 (*ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις κ. τ. λ.* coll. Matth. 7, 1. 2. Rom. 14, 4. 10. 13). Rom. 14, 14 sqq. (*οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' αὐτοῦ*. coll. Matth. 15, 11. 1 Tim. 4, 4). 1 Cor. 5, 6 (*μικρὰ ζύμη*. coll. Mth. 13, 33. 16, 6 sqq. Luc. 13, 21. Gal. 5, 9). 1 Cor. 5, 10 (*ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν*. coll. Joh. 17, 15). 1 Cor. 7, 32 (*ἀμερίμνους*. coll. Mth. 6, 25). 1 Cor. 13, 2 (*πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν*. coll. Matth. 17, 20. 21, 21). 2 Cor. 4, 4 (*ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου*. coll. Joh. 14, 30. Eph. 6, 12). Phil. 2, 15 (*ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ*. coll. Mth. 5, 14). Phil. 3, 3 (*οἱ πνεύματι θεῷ λατρεύοντες*. coll. Joh. 4, 24). 2 Thess. 2, 9 (*ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους κ. τ. λ.* coll. Mth. 24, 11. 12. 24). Rom. 1, 16 coll. Act. 13, 46. Mth. 10, 5, 6. — Rom. 2, 19 coll. Mth. 15, 14. — Rom. 15, 8 coll. Mth. 20, 28. — Rom. 16, 19. 1 Cor. 14, 20 coll. Mth. 10, 16. 1 Cor. 6, 7 coll. Mth. 5, 39. — 2 Thess. 3, 6. 14. 15. Tit. 3, 10 coll. Mth. 18, 15 sqq. etc. Plerisque hisce locis sine dubio derogaretur ea probandi vis, de qua hic sermo est, si ex iis solis conjectura esset assequendum, quomodo Christus olim loquutus esset. Verum si tenemus, Christi verba non potuisse non ecclesiæ traditione servari atque propagari, non est, quod negemus, Paulum Apostolum etiam hujus servandi atque propagandi studii testem exstare eumque sæpe et sponte ex illo fonte hausisse, qui sit communis ecclesiæ. Quare ubi quæ Christum dixisse atque docuisse ex evangeliis certiores facti sumus, eadem nobis ver-

Digitized by Google

borum similitudine in mentem revocantur per epistolas Apostoli, vix est, quod difficiliores simus in vestigiis agnoscendis, quæ de Christo ejusque historia evangeliis nobis tradita testari videantur. Historia Christi, verba ejus atque sermones ex his epistolarum locis construi non possunt, sed quod aliunde nobis cognitum est de his rebus, epistolarum allusionibus et etiam levioribus vestigiis confirmari videtur.

A testimoniis autem in hac re hucusque allatis omnino diversus est locus 1 Cor. 11, 23-25. Habemus hic testimonium historicum disertis verbis expressum, quod vero ob argumentum suum, quia non verba modo, sed res quoque in facto positas accurate refert, alio loco diligenter scrutabimur. Sufficiat, hoc loco verbo tantum monere, quanti sit momenti hoc testimonium singulare, et quam evidens ea *ἀκρίβεια* historica, quæ ex illis Apostoli verbis elucet. Patet etiam, summo jure statui, eorum cognitionem, quæ in evangeliis tradantur, adscribendam esse Apostolo, ita ut dicta et facta Christi quasi fundamenti loco substructa sint ex positionibus Paulinis, et omnino suspiciendum, hoc fundamentum hic illic in lucem prodire allusionibus et allegationibus interdum satis obscuris.

Si liceret nobis, orationes Pauli a Luca in Actis Apostolorum traditas eodem loco habere, quo ipsius Pauli epistolas, testis nobis esset Apostolus effati Christi, quod evangelia non servarunt. Legimus enim in Actis Apostolorum 20, 35, Paulum Apostolum coram presbyteris Ephesinis mentionem facere *τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπε· μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι ἢ λαμβάνειν.* Non dubitamus, quin hoc effa-

Digitized by Google

tum sit Domini nostri: neque est, quod non statuamus, Paulum Apostolum illa sibi oblata occasione laudasse hæc Christi verba: sed ne commisceatur traditio ipsius Pauli cum ea, quæ ei ab aliis adscribitur, necesse est, quæ Lucas tradiderit, hic tantummodo addi supplementi instar, licet hujus supplementi fides vix dicenda sit dubia. Hæc Lucæ traditio ostenderet quoque, quomodo per Pauli testimonium augeretur ambitus verborum Christi, quæ evangelia servarunt.

Quæ ex epistola ad Ebræos afferri possent verborum et sermonum Christi vestigia (ut Ebr. 10, 29. 12, 24. 13, 20. 9, 14, 15 coll. Mth. 26, 28 locc. parall. — Ebr. 10, 34 coll. Mth. 6, 20. — Ebr. 11, 7 coll. Mth. 12, 41. 42. — Ebr. 13, 20 coll. Joh. 10, 11), leviora videntur, quam quæ hic in censum venire possint.

§ 17.

Operæ pretium nobis visum est, a reliquis verborum Domini testimoniis ea distinguere, quæ 1 Cor. 11, 23-25 comprehenduntur, quia eorum singularis est character, iisque Apostolus ad evangelistarum similitudinem propius accessisse videtur. Non enim, ut alias, obiter tantum respicit ad ea, quæ traditionis evangelicæ esse videntur, sed expressis verbis ad hanc traditionem provocat eamque ipse refert evangelistæ instar. Describitur ab Apostolo traditio ut *παράληψις* et *παράδοσις*: *παρέλαβον* — inquit — *ἀπὸ τοῦ κυρίου*[1]) —

---

[1]) Quæ verba quomodo sint interpretanda, nos docet Winer (Grammat. d. neutestamentl. Sprachidioms. 3t. Aufl. p. 317 ff.): „*ἀπό*, Präposition des Herkommens, Herrührens, des Urhebers, doch

Digitized by Google

παρέδωκα ὑμῖν. Inest huic formulæ testimonium, uti videtur, constantiæ traditionis ejusque immutatæ auctoritatis. Quæ etiam elucet ex iis, quæ traduntur: manifestus enim est eorum consensus cum iis, quæ evangelia, Lucæ imprimis, nobis asservarunt. Habemus hic, ut jam supra monuimus, Apostolum testantem non solum de verbis Domini, verum etiam de rebus in facto positis, et quidem de re gravissima, de sacramenti institutione. Quod, ut reliqui testes, a Christo institutum esse confirmat *ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδοτο*[1]): et describit institutionem verbis traditione receptis: *ἔλαβεν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε,* eique innectit verba Christi solennia, quæ in ecclesia ejus semper resonant: *τοῦτό μου ἐστὶ τό σῶμα τό ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.* Quæ traditionis evangelicæ forma apostolica exemplum est, quanta sit in necessariis unitas, in reliquis libertas traditionis ecclesiasticæ. Habemus verbum Domini, non literas scriptas.

Ejusdem de sacramento altaris traditionis vestigia reperiuntur etiam nonnullis aliis locis, ut 1 Cor. 10, 16 (*τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν — τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν*) v. 21. (*ποτήριον κυρίου — τράπεζα κυρίου*) 1 Cor. 11, 20 (*κυριακὸν δεῖπνον*).

---

nie, wo der Urheber als unmittelbar selbstthätig zu denken ist" — „vom Herrn aus habe ich empfangen, nicht: der Herr selbst hat mirs mitgetheilt." Quare nullo jure ex nostro loco Olshausen (ad Matth. 26, 26) conjicit, Paulum „auf unmittelbare Weise" de hisce rebus fuisse edoctum.

[1]) Ex quibus verbis temporis indicium non, ut Bleckio placuit (Beiträge p. 148 f.), erui potest.

Digitized by Google

Neque baptismi commemorationem epistolis Pauli deesse, satis constat: confr. Eph. 5, 26. 4, 5. Tit. 3, 5. 1 Cor. 1, 13. Rom. 6, 3 sqq. Gal. 3, 27.

§ 18.

Jesum Christum sub Pontio Pilato passum, crucifixum, mortuum et sepultum, innumeris locis prædicat Paulus Apostolus. Cujus prædicationis si accuratius perpendimus singula verba, patebit, quantum Christi historia iis adumbretur.

Mentionem facit Apostolus *τῶν θλίψεων τοῦ Χριςοῦ* (Col. 1, 24), ejusque *παθημάτων* (Phil. 3, 10). Quibus verbis (coll. Ebr. 2, 10. 9: *τὸ πάθημα τοῦ θανάτου* 5, 7: *ἔμαθεν, ἀφ' ὧν ἔπαθε, τὴν ὑπακοήν.* Act. 26, 23: *παθητὸς ὁ Χριςός*) licet ad conditionem vitæ ejus terrestris in universum respici posset — quare etiam nos *συμπάσχομεν* (Rom. 8, 17) — imprimis adhibita esse videntur, ut iis passio, quæ mortem proxime antecessit, indicaretur, nulla tamen accuratiore descriptione adjecta, quæ hujus passionis imaginem perficeret.

Est vero hæc passio martyrium. Disertis verbis mentionem facit Apostolus *τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν* (1 Tim. 6, 13. coll. Joh. 18, 37). Quot et quanta paucissimis his verbis amplexus sit Paulus, docet nos evangelistarum enarratio: tamen non omnino tacet traditio Paulina, sed indigitat gravissima hujus enarrationis momenta.

Primum quod tempus attinet, non subsistere videtur in eo, quod Pilati mentionem facit: passionis tempus accuratius definivisse videtur, quod Christum immolatum *τὸ πάσχα ἡμῶν* vocat (1 Cor. 5, 7). Non

Digitized by Google

quidem certo affirmaverim, hoc verbo respexisse Apostolum ad tempus festi paschalis, quo Christus mortem subierit[1]): verosimile tamen dixerim, immo verosimilius, quam tempus, quo epistolam illam ad Corinthios scripserit Apostolus, ex hisce vestigiis apparere.

Accuratius porro indicat Paulus, quo modo Christus morti sit traditus, quum eum proditum, noctuque proditum (*ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο* 1 Cor. 11, 23) obiter confirmet. Est autem illa nox, qua proditus est Dominus, eadem, qua sacram coenam instituit. Quam egregie explent traditionis Paulinæ lacunas evangeliorum divitiæ!

Mortuus est Christus, noctu traditus. *Ἀπέθανε* — dicit Apostolus (1 Cor. 8, 11 &c.), at hæc mors est *νέκρωσις* (2 Cor. 4, 10), est mors violenta et sanguinea (*ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ* Rom. 5, 9. Eph. 1, 7 &c. *παρεδόθη* Rom. 4, 25. *ἐτύθη* 1 Cor. 5, 7), est mors crucis (*θάνατος σταυροῦ* Phil. 2, 8. *αἷμα τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ* Col. 1, 20) — ideoque *κηρύσσομεν Χριςὸν ἐσταυρωμένον* (1 Cor. 1, 23. coll. v. 18. 2, 2), *γένομενον ὑπὲρ ἡμῶν κατάραν* (Gal. 3, 13): nam *ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου*. Hujus mortis sanguineæ, in cruce *αἰσχύνης* (Ebr. 12, 2) mentio subest innumeris locis, quibus vis hujus sacrificii varie exponitur: ita, ubi Apostolus profitetur: *Χριςῷ συνεσταύρωμαι* (Gal. 2, 19. coll. Rom. 6, 6), ubi Dominus sisti-

---

[1]) Extenditur vero hujus indicii vis ultra justos limites ab iis interpretibus (Baur krit. Unters. üb. d. kanon. Evang. p. 274. Bleek Beiträg. p. 153), qui ex eo conjiciunt, Christum fuisse cruci affixum eodem die, quo agnum paschalem mactarent Judæi.

Digitized by Google

tur προςηλώσας τῷ σταυρῷ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον (Col. 2, 14)[1]) &c.

Refertur, ut jam diximus, mors Christi, prædestinatione divina ordinata (Rom. 5, 6: κατὰ καιρόν), ad Pilatum procuratorem Judææ et sic ad imperium Romanum. Pateret quoque hujus imperii consortium ex ipsius mortis natura: nam crucis supplicium Romanos poenæ auctores indicat. Ad Romanos quoque allegare videtur Apostolus, quando hujus sceleris auctores οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου nuncupantur (1 Cor. 2, 8), licet hisce verbis non excludatur aliorum culpa, quum ubivis ἐν τῷ κόσμῳ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου inveniantur. Neque tacet Apostolus culpam Judæorum, quod Christi crucem attinet: immo diserte mentionem facit Judæorum τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν (1 Thess. 2, 15)[2]). Quibus in unum collatis, undique vestigia nobis apparent omnium eorum, quæ in evangeliis uberius enarrata reperimus.

Qui mortuus est in cruce, traditus est sepulcro, ἐτάφη (1 Cor. 15, 4)[3]). Nos autem, ut Apostolus dicit, συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον (Rom. 6, 4. Col. 2, 12).

Qui mortuus est, descendit in regnum mortis, ad

---

[1]) Cfr. quoque Ebr. 13, 12: ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε.

[2]) Cfr. quæ in Act. 13, 27 sq. Paulo adscribuntur verba: οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, τοῦτον ἀγνοήσαντες ..... κρίναντες ἐπλήρωσαν (sc. τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν) καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες, ᾐτήσαντο Πιλάτον ἀναιρεθῆναι αὐτόν.

[3]) Idem plenius Act. 13, 29: καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον.

Digitized by Google

mortuorum consortium. Sed de hoc Christi descensu ad inferos non disertis verbis loquutus est Apostolus: sunt quidem, quæ eum indigitare videantur, verum nihil invenitur in Pauli epistolis quod cum evidenti testimonio Petrino de descensu Christi comparari possit. At sine dubio indigitatur hic descensus, quando Apostolus Rom. 10, 7, ut Christus e mortuis educeretur, descensum εἰς τὴν ἄβυσσον (cfr. Luc. 8, 31. Apoc. 9, 1. 11) postulat. Non nisi ἐν τῇ ἀβύσσῳ cogitari possunt mortui. Eundem descensum etiam Eph. 4, 9. 10 commemorari, dubium videtur. Fatendum quidem, quod Olshausen ad h. l. diligenter exposuit, secundum analogiam dictionis septuagintaviralis τὰ κατώτερα τῆς γῆς proxime accedere ad Hebræorum תַּחְתִּיּוֹת אֶרֶץ (Ps. 63, 10: τά κατώτατα τῆς γῆς) sive אֶרֶץ תַּחְתִּיּוֹת (Ezech. 26, 20: βάθη τῆς γῆς) ideoque de inferis explicari posse: neque adeo absona est hujus ad inferos descensus mentio a contextu illius loci, ut eo excluderetur: verum ab altera parte analogia dictionis septuagintaviralis non est omnibus numeris perfecta, et licet inferorum mentio injungi possit contextui — quod non sine veri specie etiam verbis Phil. 2, 10 defenderetur, quum Christum confessione τῶν καταχθονίων celebratum iri prædicet Apostolus — tamen præferendum esse judicamus, quod attinet ad illum locum Ephesinum, subsistere in idea descensus in universum, adeo quidem ample concepta, ut descensus ad inferos non excludatur, hujus autem descensus ut rei in facto positæ non expressis verbis mentio fiat. Accedit, quod cum Winero (Grammatik d. neutest. Sprachidioms 3t. Aufl. p. 301) statuendum, Genitivum appositionis h. l. optime admitti posse (coll.

Digitized by Google

Esai. 38, 14. LXX: *εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ*), verbisque parallelis commatis decimi *ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν* nihil inesse, quod contrariam interpretationem flagitet: quem in finem conferas quoque Ebr. 7, 26: *ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος*, quod non aliud sibi vult, quam Ebr. 8, 1: *ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Præter eos, quos jam Olshausen l. l. citavit interpretationis nostræ vindices, etiam H. Aug. Schott nominandus est, qui vertit: ad terræ partes inferiores i. e. terram coelo inferiorem — et Matthies Erklär. d. Br. P. an d. Ephes. ad. h. l.

§ 19.

Una cum reliquis Apostolis Paulus quoque resurrectionis Jesu Christi est nuntius. Neque modo testatur Christi resurrectionem, verum exponit quoque multis modis vim ejus atque efficaciam, et semper recurrit *τὸ κήρυγμα* Pauli ad hanc rem in facto positam, ut appareat, huic fundamento superstructam esse ecclesiam christianam, fidem ecclesiæ (1 Cor. 15, 14. 15. 17). Nam, ut Paulus inquit Rom. 1, 4, *ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν* Christus est *ὁρισθεὶς*[1]) *υἱὸς θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης*.

Nostrum non est, hoc loco accuratius inquirere in doctrinam Pauli de resurrrectione Christi. Sequimur Apostolum doctrinam christianam tradentem tantum

---

[1]) „erwiesen", „dargestellt", Krehl ad h. l. Chrysostomus: *δειχθέντος, ἀποφανθέντος* (cfr. Act. 2, 22: *ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς*). Theophylactus: *βεβαιωθέντος*. Sic quoque Olshausen al.

Digitized by Google

mortuorum consortium. Sed de hoc Christi descensu ad inferos non disertis verbis loquutus est Apostolus: sunt quidem, quæ eum indigitare videantur, verum nihil invenitur in Pauli epistolis quod cum evidenti testimonio Petrino de descensu Christi comparari possit. At sine dubio indigitatur hic descensus, quando Apostolus Rom. 10, 7, ut Christus e mortuis educeretur, descensum εἰς τὴν ἄβυσσον (cfr. Luc. 8, 31. Apoc. 9, 1. 11) postulat. Non nisi ἐν τῇ ἀβύσσῳ cogitari possunt mortui. Eundem descensum etiam Eph. 4, 9. 10 commemorari, dubium videtur. Fatendum quidem, quod Olshausen ad h. l. diligenter exposuit, secundum analogiam dictionis septuagintaviralis τὰ κατώτερα τῆς γῆς proxime accedere ad Hebræorum תַּחְתִּיּוֹת אֶרֶץ (Ps. 63, 10: τά κατώτατα τῆς γῆς) sive אֶרֶץ תַּחְתִּיּוֹת (Ezech. 26, 20: βάθη τῆς γῆς) ideoque de inferis explicari posse: neque adeo absona est hujus ad inferos descensus mentio a contextu illius loci, ut eo excluderetur: verum ab altera parte analogia dictionis septuagintaviralis non est omnibus numeris perfecta, et licet inferorum mentio injungi possit contextui — quod non sine veri specie etiam verbis Phil. 2, 10 defenderetur, quum Christum confessione τῶν καταχθονίων celebratum iri prædicet Apostolus — tamen præferendum esse judicamus, quod attinet ad illum locum Ephesinum, subsistere in idea descensus in universum, adeo quidem ample concepta, ut descensus ad inferos non excludatur, hujus autem descensus ut rei in facto positæ non expressis verbis mentio fiat. Accedit, quod cum Winero (Grammatik d. neutest. Sprachidioms 3t. Aufl. p. 301) statuendum, Genitivum appositionis h. l. optime admitti posse (coll.

Digitized by Google

Esai. 38, 14. LXX: *εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ*), verbisque parallelis commatis decimi *ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν* nihil inesse, quod contrariam interpretationem flagitet: quem in finem conferas quoque Ebr. 7, 26: *ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος*, quod non aliud sibi vult, quam Ebr. 8, 1: *ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Præter eos, quos jam Olshausen l. l. citavit interpretationis nostræ vindices, etiam H. Aug. Schott nominandus est, qui vertit: ad terræ partes inferiores i. e. terram coelo inferiorem — et Matthies Erklär. d. Br. P. an d. Ephes. ad. h. l.

§ 19.

Una cum reliquis Apostolis Paulus quoque resurrectionis Jesu Christi est nuntius. Neque modo testatur Christi resurrectionem, verum exponit quoque multis modis vim ejus atque efficaciam, et semper recurrit *τὸ κήρυγμα* Pauli ad hanc rem in facto positam, ut appareat, huic fundamento superstructam esse ecclesiam christianam, fidem ecclesiæ (1 Cor. 15, 14. 15. 17). Nam, ut Paulus inquit Rom. 1, 4, *ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν* Christus est *ὁρισθεὶς*[1]) *υἱὸς θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης*.

Nostrum non est, hoc loco accuratius inquirere in doctrinam Pauli de resurrrectione Christi. Sequimur Apostolum doctrinam christianam tradentem tantum

---

[1]) „erwiesen", „dargestellt", Krehl ad h. l. Chrysostomus: *δειχθέντος, ἀποφανθέντος* (cfr. Act. 2, 22: *ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς*). Theophylactus: *βεβαιωθέντος*. Sic quoque Olshausen al.

Digitized by Google

eum in finem, ut historiæ Christi vestigia ostendamus. Quare hic in eo subsistimus, quod Paulum testibus resurrectionis Christi annumeramus, paucisque exponimus, quænam momenta historica testimonium ejus obiter servaverit.

Resurrectionem Christi frequentissime commemorat Apostolus ut suscitationem. *Ἠγέρθη* — est vocabulum in hac re a Paulo receptum (Rom. 4, 25. 6, 4. 9. 7, 4. 8, 34. 1 Cor. 15, 4. 12. 2 Tim. 2, 8) et in resurrectione Christi celebranda Dei patris gloria sæpissime amplificatur: pater enim est *ὁ ἐγείρας Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν* (Rom. 8, 11. 4, 24. 10, 9. 1 Cor. 6, 14. 15, 15. Gal. 1, 1. Eph. 1, 19. 20. 2 Cor. 4, 14)[1]), *ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς* (Rom. 6, 4), *ζῇ ἐκ δυνάμεως θεοῦ* (2 Cor. 13, 4).

Ἐγήγερται — tradit Apostolus — *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ* (1 Cor. 15, 4). Sic obiter comprobat quæ in evangeliis traduntur dicta factaque Christi.

Copiosius deinde commemorat, quo modo certiores facti sint discipuli de resurrectione Christi. Loquitur enim 1 Cor. 15, 5—8 de *ὀπτασίαις κυρίου*. *Ὤφθη* — tradit Apostolus — *Κηφᾷ*. Cujus apparitionis testimonium Lucas quoque servavit (24, 34). *Ὤφθη τοῖς δώδεκα* — quod conferendum cum Joh. 20, 19 sqq. 26 sqq. *Ἔπειτα* — pergit Apostolus l. l. v. 6 — *ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν*. Hujus ap-

---

[1]) Eodem sensu, Ebr. 13, 20: *ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν.*

Digitized by Google

paritionis an disertis verbis mentionem fecerint evangelistæ, dubium videtur: non enim video, quo jure Ebrard (wissenschaftliche Kritik der evangelischen Geschichte 1st. Th. p. 733), Matthæum (28, 16. coll. v. 7) ejusdem rei testem constituat. Desideratur in narrationibus evangelicis, imprimis apud Marcum et Lucam, ea *ἀκρίβεια*, quæ singula apparationis Christi momenta accurate distinguat: quare non mirum, verba Pauli traditioni evangelicæ accuratius definiendæ posse inservire. Ita Paulus quoque solus commemorat apparitionem Christi coram Jacobo (v. 7): non enim licebit, hancce apparitionem, ut Wieselero placuit, ad Luc. 24, 13 sqq. referre, ita ut conjiciatur, illum *Κλέοπαν* apud Lucam (v. 18) eundem esse ac *Κλωπᾶν* Joh. 19, 25, ejusque comitem fuisse filium Jacobum *τοῦ Κλωπᾶ* i. e. *τοῦ Αλφαίου*. Patet enim, quam arbitraria sit hæc multiplex conjectura, et quam parum congruat verbis evangelistæ (Luc. 24, 33). *Εἶτα* — pergit Apostolus — *ὤφθη τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν*. Quæ Christi apparitio sine dubio finivit visibile cum Apostolis consortium, et proxime antecessit Christi in coelos adscensum: cujus apparitionis mentionem igitur faciunt Marcus (16, 14—19) et Lucas (24, 36—51) evangelistæ, licet in locis citatis in unum colligant, quæ distinguenda videntur. Matthæus quoque (28, 16 sqq.) haud dubie tradidit, quæ ad hanc ultimam apparitionem sunt referenda, licet in ejus narrationibus ea quoque inveniantur, quæ in illam quadrare non videntur: imprimis, quod in Galilæa (v. 16) Dominum nobis sistit narratio Matthæi, quum tamen Bethaniæ eum discipulis vale-

Digitized by Google

dixisse, ex evangelio Lucæ (24, 50) necesse sit statuatur (coll. Act. 1, 4. 12)[1]).

Quod denique Paulus (1 Cor. 15, 8) continuat *τῶν ὀπτασιῶν τοῦ κυρίου* historiam, quum etiam sibi Dominum apparuisse affirmet *ἐν τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ* (Act. 26, 19) — cujus rei apud Lucam habemus narrationem ter repetitam (Act. 9, 3 sqq. 22, 6 sqq. 26, 12 sqq.) et Apostolus in literis a se scriptis etiam alias mentionem facit (1 Cor. 9, 1. Eph. 3, 3. Gal. 1, 15. 12) — excedit Apostolus fines traditionis evangelistarum et annectit historiam vitæ Christi terrestris ad imperii ejus coelestis perpetuas manifestationes. Hic sufficiat, verbo tantum monere de hoc æterno Christi imperio, cujus documentis celebrandis Marcus evangelista finem facit narrationibus suis, ablegans quasi lectores ad aliam historiam, historiam nimirum *τοῦ κυρίου συνεργοῦντος καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων* (Marc. 16, 20). Ad hujus historiæ initia ea quoque pertinent, quæ Paulus tradit de conversione sua et de vita sua apostolica (2 Cor. 12, 1).

---

[1]) Hasce varias Christi apparitiones breviter amplectitur verbum Pauli in Act. 13, 31: *ὤφθη ἐπὶ ἡμέρας πλείους τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλήμ.* Sunt etiam, qui verba Pauli in 1 Tim. 3, 16 (*ὤφθη ἀγγέλοις*) ita interpretentur, ut huc pertineant. Ita inter novissimos Krehl ad Rom. 1, 4: er erschien den Boten ɔ: Apostolis post suam e mortuis resurrectionem. Verum sinistra hæc interpretatio. Recte Matthies ad 1 Tim. 3, 16: dass Christus allen Wesen und Mächten im Himmel, wie auf Erden, als beherrschendes Princip, als überragendes Oberhaupt sichtbar geworden, kund gethan sei. coll. Eph. 1, 20 sqq. 3, 10. 4, 8 sqq. Col. 1, 15 sqq. 2, 10. 15. Ebr. 1, 6 sqq.

Digitized by Google

Restat, ut videamus, quibus verbis Paulus circumscribat Apostolicum illud: ascendit in coelos, sedet ad dexteram patris (Marc. 16, 19. Luc. 24, 51. Act. 1, 11.).

Primum legimus, Christum, e mortuis suscitatum, morte exemtum dici in perpetuum. Ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει (Rom. 6, 9): cfr. Ebr. 7, 25 (πάντοτε ζῶν) et Act. 13, 34. 37. Status ejus post resurrectionem emphatice nuncupatur ἡ ζωή (Rom. 5, 10. 2 Cor. 4, 11. Rom. 6, 10: ζῇ τῷ θεῷ. cfr. 2 Cor. 13, 4. Rom. 14, 9. — Eph. 2, 5. Col. 2, 13. 2 Tim. 2, 11): est status exaltationis (ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε Phil. 2, 9), superata exinanitione, est status δόξης (cfr. Rom. 8, 17) et βασιλείας (cfr. 2 Tim. 2, 12). Qui licet jam in resurrectione fuerit conspicuus, tamen de ascensione in coelos emphatice dicitur: ἀνελήφθη ἐν δόξῃ (1 Tim. 3, 16): cujus ascensionis etiam expressis verbis mentionem facit Apostolus, quum ab eo Dominus celebratur ut ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν (Eph. 4, 10). Ad descriptionem illius δόξης atque βασιλείας coelestis pertinet quoque illud de eo testimonium, quod sæpius redit: ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ (Rom. 8, 34) sive plenius: ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καθήμενος (Col. 3, 1. cfr. Ebr. 10, 12. 1, 3. 8, 1. 12, 2). Hæc quoque Christi ad dexteram patris sessio ad Deum auctorem refertur (ἐκάθισεν Eph. 1, 20. coll. 2, 5. 6).

Accedit, quod Christo etiam adscribitur σῶμα τῆς δόξης (cfr. σῶμα πνευματικόν 1 Cor. 15, 4 sqq.) et sic ad corpus quoque disertis verbis extenditur ἡ δύ-

Digitized by Google

ναμις τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ (Phil. 3, 10), *ἡ ἐλευθερία τῆς δόξης.*

§ 20.

Quæ hucusque disputavimus, sufficere arbitramur, ut ex epistolis Pauli Apostoli appareat, quomodo historiam Jesu Christi suis testimoniis delineaverit atque adumbraverit. Fieri non potuit, quin hæc nostra disputatio sæpissime sentire nos juberet, quantum debeamus evangelistarum traditioni, et quam manca, quam imperfecta sit vitæ Jesu Christi imago, si vivis illius traditionis coloribus destituatur. At simul factum esse putamus eo, quod diligenter collegimus atque in unum conjunximus omnia vel levissima historiæ Jesu Christi vestigia, quæ Paulus Apostolus nobis servavit, ut clarissime pateret, hujus historiæ partes gravissimas, fidei nostræ fundamenta, vel solis Pauli Apostoli testimoniis certa atque indubitata reddi, ideoque nullo jure contendi, omnem Christi historiæ cognitionem ex evangelistarum auctoritate pendere[1]). Quo minus successit crisi incredulæ, Pauli Apostoli auctoritatem historicam scriptis suis delere, eo majoris ponderis esse arbitramur, ea, quæ fidei necessaria sunt ex historia Christi, vel solius Pauli Apostoli auctoritate munita atque stabilita ostendere. Sentiet quisque, iis fide acceptis, quæ hoc certissimo, indubitato testimonio Apostolico nitantur, innumeras difficultates evanescere, quas, fide illa

---

[1]) Quod contendit inter alios F. Chr. Baur, kritische Untersuchungen über d. kanonischen Evangelien, p. 71.

Digitized by Google

spreta, facile sibi excogitet dubitandi et destruendi procacitas. Quare si nobis successerit, Pauli epistolarum ope traditionis evangelicæ auctoritatem firmare, eamque ab iniquis objectionibus, criminationibus, dubitationibus defendere, nos non poenitebit, studiis apologeticis calculum nostrum iterum[1]) adjecisse.

---

[1]) Scripsimus nonnullis ante annis: Apocalypsis Joanni Apostolo vindicata. Hafniæ. 1834.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google